B

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II
ROMA
8
52 B
29

Collegij Rom. catal. inscrip.

DE VERBIS DOMINI,

HOC FACITE,

PRO OECVMENICO CONCILIO TRIDENTINO, aduerſus Sophiſticas nebulas Matthiæ Flaccij Illyrici.

Per F. IOHANNEM PORTH-ÆSIVM *poſtulatum Eccleſiaſten celeberrimæ Eccleſiæ D. Martini Turonenſis.*

Et accepto pane, gratias egit, fregit, & dedit eis, dicens, Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Lu. 22. 19.



ANTVERPIÆ

Apud Emanuëlem Philippũ Troncæſiũ, ad Cœmeterium S. Deiparæ, ſub Cruce aurea.

CVM PRIVILEGIO. 1567.

TENOR PRIVILEGII.

PHILIPPI Regis Hiſpan.&c. Ducis Brab. Priuilegio cautum eſt, ne quis librum, cui titulus *De verbis Domini, Hoc facite in meam cõmemorationem, Authore Fratre Ioanne Porthæſio*, citra Emanuëlis Philippi Tronæſij voluntatem, à die impreſſionis abſolutæ ad ſexennium, aut hac, aut quamcunq; aliam in linguam verſum imprimat, aut alibi impreſſum importet, venalémue habeat. Qui ſecus faxit, confiſcationis librorum, & viginti florenorum pœna, fiſco Regio exoluenda multabitur: vt latius in Regio diplomate expreſſum eſt, dato Bruxellæ, 17. Iunij, Anno. 1567. Subſig.

I. de Witte.

INVICTISSIMO

PHILIPPO AVSTRIACO

CATHOLICO, HISPANIARVM,
Siciliæ, Neapolis, Canariæ, Indiarũ. &c.
Regi: Archiduci Auſtriæ. &c. Duci Bur
gundiæ, Brabantiæ, Mediolanenſi. &c.
Comiti Barcelonenſi, Flandriæ, Hollan
diæ. &c. Domino Biſcaiæ, Molinæ. &c.
Marchioni Oriſtano, Gociano. &c.
Pacifico, ſemperq; Triumphanti,
F. I. Porth-æſius S. P. D.

QVICQVID laboris, Sereniſſime Rex, ſtudioſi viri à Sacris Scripturis vnq̃ ſuſceperunt, in eo totum id collocarunt, vt aliqua gens tandem colligeretur, quæ vnum Deum & Patrem ſpirituum verè agnoſceret, ſyn-

cerè cognitum & amatum, cum pietate coleret, eóque ſolo frui ardenter, non minus quàm perſeueranter, decertaret. Hac vna cauſſa Adamum creatum legimus, & poſt caſum per Chriſtum firmiter reſtitutum credimus, vt ſuo (inquam) fini certatim inhærere contenderet. Ob id Noach diluuij aquas enatauit, & quintus ab Adamo Propheta Chanoch, poſt tria ſæcula quinque & ſexaginta annos, quibus cum Deo ambulauit, ſublatus eſt, & non fuit conſpicuus, quia tulit eum Deus, vt Geneſis teſtatur. Nónne hoc Dei concilio varia fortuna iactatus per diuerſas regiones pater fidei Abraham è patria & domo paterna euocatur, ac peregrinari apud exteros iubetur? Propter hoc periclitati ſunt veteris teſtamenti Patriarchæ omnes, eorumque Patres Iſaac & Iacob

cob

cob. Ea de cauſſa in libertatem ex Ægyptiaca ſeruitute aſſertus eſt Iſraël in manu Moſis & Haaronis. Neq; alio fine pij Reges, caſti Duces, ſancti Prophetæ, religioſi Sacerdotes, omni ſtudio, ſummáque diligentia in religione ſeſe exercuerunt. Verumenimuerò, qui in hoc opere egregiam nauarunt operam, clariores multóque celebriores euaſerunt, quàm qui bellicis inſultibus infinitas victorias reportarunt. Magnis (ſcio) efferebantur laudibus apud Græcos, qui certamina Olympica euiciſſent: incredibiles etiam honores publicè priuatímque aſſecuti ſunt, qui vel Græciam liberaſſent, vel de Romanis eſſent optimè meriti. Cæterùm, ſi iſta ad reſtaurationem veri diuini cultus referantur, vmbra & puluis iudicanda erunt, quoniam tantum ac tale eſt

Chri-

Chriſti regnum, vt in eius comparatione ſordeſcant alia omnia.

Quam ob rem, ò REX Catholice, quum tua inclyta Maieſtas, (vt quod veriſſimum eſt, planè fatear) præ omnibus Principibus, qui hac noſtra ætate Chriſtianis rebus præſunt, in hoc pio diuinoq́ inſtituto excellat, honorifico ac immortali præconij genere cõmendanda eſſet, quo mortalibus ingens Dei benignitas teſtata fieret, quæ deploratiſſimis his temporibus ſuſcitauit nobis alterum Ezechiam, qui rebus pietatis miſerè dilapidatis, peneq́ue deſperatis ac perditis opituletur. Sed quum hoc ego quotidie fieri non dubitem à doctioribus me, hanc prouinciam minimè ſuſcipiam: quippe vereor ne ſtyli tenuitate, ac obſcuro ſcribendi genere, tuas laudes potius obſcurem ac deprimam, quàm aut ce-

le-

lebrem vel illuſtrem. Potius ergo te ſupplex accedam, tuamq́ Catholicam Maieſtatem obſecrabo ac obteſtabor, vt in tanta Principum penuria, qui poſſint & velint ſedulò Religioni inſtaurandæ incumbere, ſuſceptum munus Catholici Principis in nomine Domini ſtrenuè fortiterq́ue vrgeas. Cumq́ Deus ſua immenſa erga mortales beneuolentia, tuam Chriſtianam Maieſtatem ad hoc deſtinarit, orabo die noctuq́, ne propoſito illius vllo pacto deſit. Verùm, quia diuinis dotibus, Dei ſingulari beneficio, es ad miraculum vſque inſtructus, pectusq́ue habes humana conditione maius, facilè mihi polliceor, te quæcunque bonum piumq́ue Regem decent, aſſecuturum. Premitur hodie regnum Chriſti, Rex illuſtriſſime, cuius tu defenſor ac propugnator es à DEO *con-*

ſti-

ſtitutus, quum ſis re, nomine, & armis, Catholicus Princeps. Hoſtium perfidiam & crudelitatem quis ſufficiet enarrare? Aduerſariorum panurgiam & hypocriſim quis poterit declinare? Inimicorum inſidias, impoſturas, ſimulatamq; pietatem, quis propulſabit? Demùm, Catholicos opprimunt conuiciis, modò Papiſtas, nunc Sophiſtas, Romanenſes, Sorboniſtas, Superſtitioſos, Antichriſtos, verbi diuini contemptores, traditionarios, Pontificios, Sacrificulos, & id genus plura, vocitando. Hac arte territa miſera plebs, deſerit Chriſti Eccleſiam, & maledicit patri & matri, omnibusque ſuis maioribus, quaſi pigris & cæcis. Enitendum propterea, Rex Sereniſsime, vt piorum virorum ſtudio ac diligentia reſipiſcant à laqueis Diaboli, quibus conſtricti tenen-

nentur, ne ad vnitatem charitatis redeant. Hoc ſanè genus victoriæ, quũ ad veram pietatem, æternamque ſalutem ſpectet, non ſolùm collapſam Rempublicam reſtituit, ſed etiam per veram immortalitatem omnibus antecellit.

Quando in Dei populo vmbratile tabernaculum fabricandum fuit, edictum per Moſen diuino iuſſu promulgatum eſt, vt ad opus perficiundum iuxta Legis decretũ, quæ poſſet quiſque offerret. Non tamen licuit cuipiã aliud præbere, quàm aurum, argentum, æs, hyacinthum, purpuram, byſſum, pilos caprinos, rubricatas arietum pelles, & thaſorũ, ligna ſethim, oleum, aromata certa, lapideſq; precioſos. Et vt ſacra teſtatur hiſtoria, populus in dando adeò fuit effuſus, vt ne vlterius offerret, edicto reprimendus

dus

dus fuerit. Quòd verò tam parca manu hodie donent homines, quæ ad ſolidam Eccleſiæ reſtitutionē ſpectant, inde factum arbitror, quòd non vſqueadeò magnum ſit externas has opes, quum redundarint, affatim liberaliterq́; elargiri. At modò, quum templum Dei viuum quaſi collapſum ſit reſtaurandum, quæritur ſana doctrina cum experientia coniuncta, quæ vt diuinitus datur, ita etiam rara, & in quàmpauciſsimus offendenda, licet omnes eam iactitent. Experimur propterea magnam penuriam eorum, qui ad hanc ædificationem opportunam nauent operam. Itaque cùm duo præſertim ad inſtitutam Eccleſiæ fabricam pernceeſſaria ſint, doctrina fidei videlicet ſana cum Eccleſiæ vnitate, & ſpectatæ vitæ, ſeu morum probitas: ad hæc ſunt omnibus modis homi-

mines inuitandi, tantum abeſt vt eos ab offerendo cohiberi oporteat. Incul patam vitam, quæ à fidę ſana pendet, omnes qui Chriſtū profitentur, præſta re debent, quò rectè factis, ſanctiſque exemplis domum Dei reficiant, ne ſi fœdè viuendo, legitimā Eccleſiam & Catholicam, caſta Sacramenta ſecundum Apoſtolicam traditionem, & ſanum Dei verbū, perpetuò buccis plenis iactemus, quod Iudæi de Hieroſolymorum templo, Hieremia teſte, factitabant, nobis idem atque Iſraëlitis eueniat, qui magno ſuo malo & damno, non ſolùm rempublicam, verùm & illud ſacrum templum, quod ipſimet ſpeluncam latronum fecerant, amiſerunt. Quocirca precibus efficaciſsimis, frequentioribus ieiuniis, aſpe rioribus diſciplinis, largioribus eleemoſynis, perfectiſsimaque ad Deum

con-

conuerſione, ſupplicandum eſt diuinæ clementiæ, vt qui tuorum regnorum & auſpiciis & legibus viuunt, dum religio tuo ſtudio & voluntate reſtauratur, ſynceritatem fidei, Eccleſiæque vnitatem, ac vitæ & morum caſtitatem ſectentur.

Antuerpiani omnes pij & Catholici, tuæ Maieſtatis cultores & ſerui, te alterum Themiſtoclem fore expectant, qui etſi nõ noſſet Lyra canere, nouerat tamen rempublicã ex minori maiorem facere. Hoc fiet dubio procul, ſi Numen, quod diu non illuditur, ſyncerè pieque coli curaueris, vt fecit inuictiſſimus Chriſtiani Orbis defenſor Pater tuus beatæ memoriæ Carolus. V. Auſtriacus Imperator Catholicus. Sanè in domum inclytam tuam Auſtriacam iurarant Turcæ, Lutherani, Caluinates, Anabaptiſtæ, aliæq;

ex-

exteræ aliquot Nationes, vt eam dilapidarent & delerent, quatenus liberius ſuám tyrannidem, & hæreſim in Orbem effunderent: Sed tunc magis ac magis enituit, creuit, Deoq́ue ei auxiliante ob pietatem puram, & caſtam religionem, vicit, quam à maioribus acceptam, inuiolatam conſeruauit, conſeruabitq́ue. Neruum autem religionis, quoad cultum Numinis ſpectat, fuiſſe Sacrificium, nullus mente compos diffitebitur: propterea ad eius obſcurandam maieſtatem, ad notitiam de medio tollendam, omnem ſemper mouit lapidem Diuini cultus inimicus, qui primò noſtris maioribus falſa pro veris ſuppoſuit ſacrificia. Ipſe eſt qui hodie homines deploratæ audaciæ, perfrictæq́ue frontis inſtruxit, vt ſub ſpecie pietatis caput Religionis miris artibus oppugnarent.

Ni-

Nihil enim ſuadente Diabolo aſperius inſectantur aduerſarij, q̃ Miſſæ ſacrificium, quo non ſuppletur crucis beneficium, ſed communicatur, exhibetur, & inſumitur. Nam non offertur in adiutorium & ſupplementum ſacrificij cruenti, ſed ob noſtram imbecillitatem erga crucis oblationem. Sanè diuinum cultum minuit, ad quem ſacrificiũ pertinet, qui Euchariſtiam non recipit etiam pro vero ſacrificio. Propterea Dei beneuolentiam erga nos inſectatur, quiſquis non agnoſcit Chriſtum nobis à Patre donatum in ſufficientiæ noſtræ cibum, ac ſacrificium. Non licet ergo cuiquam mortalium Euchariſtiæ rationem inſtitutionemq́ue auguſtiſſimam attenuare, vt Sacramentum ſit, & non ſacrificium: quia is qui dixit, panem accipiens, Hoc eſt ipſum corpus meum,

Hic

Hic eſt ſanguis ille meus, Sacramentum vt eſſet decernens, idem ſubiunxit, Quod pro vobis traditur; ſeu tradetur: Qui pro vobis fundetur, & pro multis, in remiſſionem peccatorum, vt etiam ipſa verborum ſuorum inſtitutione ſacrificium revera eſſe teſtaretur. Hoc autem diuinum decretum Sacramenti & Sacrificij decuiſſe eum, qui totum hominem ſanauit, ex hoc conſtat, quòd perfectè colitur Deus, aliter ſacramentis, aliter verò ſacrificiis, ſicut omnium Legum ſanxiones, vniuerſarumq́; Nationum mores nos docent. Crucis ſubinde ſacrificium, vt à capite orationem exordiar, Dæmone Iudæis illudente, fuit ſcandalum, & Gentibus ſtultitia. Baſilides autem, Alexander, Marcus Ponticus, impoſtorq́; Muhamedes, Chriſtum non agnoſcunt cruci-

fi-

fixum, vt rem Filio DEI *innocentiſſimo indignam, ſed quendam ei ſimillimum, Simônem videlicet Cyrenæum, vel quempiam alium ſubſtituunt. Apertam hîc Satanæ libidinem, qui nón videt, eſt talpa cæcior. At eius vulpinam ſimultatem in Caluino, duplò plus iniquam, contemplari licet, qui audet aſſerere, alio precio digniori ac excellentiori Crucis ſacrificio* Cal.lib.2. cap.16. ſect.10. *fuiſſe opus, quia nihil actum erat, ſi corporea viſibilíque morte in hominum conſpectu tantùm conceſſiſſet in fata* CHRISTVS IESVS *Dominus noſter. Sed hanc blaſphemiam contra ſufficientiſſimum viſibiliq́ crucis ſacrificium ſuo ore damnauit Chriſtus, dicens: Conſummatum eſt. Huic Seruatoris noſtri voci ſubſcripſit Apoſtolus, conteſtans* CHRISTVM DOMINVM *vnica oblatione exhau-*

hauſiſſe omnia mortalium facinora. Hoc prædicauit Petrus, dicens ſolutos inferni mortiſque dolores, quia infernus, vt coactus, captiuos reddidit, & mors extinctos euomuit, vnde eos doluiſſe, cruciatusq́ implacabiles ſenſiſſe ſibi illatos, dubium non eſt. Et vt clarius dicam paucis verbis, Dominus noſter IESVS CHRISTVS, *mortis & inferni cruciatus, quos ira* DEI *ſceleratis infert, non ſuſtinuit, ſed intulit: vulnus ergo non accepit, ſed inflixit. Verumenimuerò, quum hanc technam non omnibus arridère cerneret veterator Diabolus, aliud plauſibilius commentum ſub pietatis ſpecie, iis quos deceperat faſcinaratq́ mira aſtutia ſuppoſuit, quo etſi crucis beneficium extinguere aut attenuare non poſſet, eius ſaltem legitimam œconomiam inſumptionemq́; è medio tol-*

leret. Eà de cauſſa, Rex illuſtriſſime, tot tragœdias in Germania, Anglia, noſtráq; in Francia, oſor veri ſacrificij excitauit, contra Miſſæ ſacrificium, vt humanum genus DEO *redderet exoſum. Nouerat quippe Deum ſacrificio placari, & quum ſibi iam vſurpare non poſſet, illud temerare omnibus conatibus aggreſſus eſt, vt fructus tunc ad nos non pertingeret.*

Huius veteratoris apertam mentiendi imponendíque libidinem, petitis ex Dei verbo & Eccleſiaſtica traditione argumentis, breuius lucidiusq; quàm potui, breuibus patefeci. Volui autem Catholicæ tuæ Maieſtati hos qualeſcunque labores dicare, quoniam quum tua munifica clementia inferiorem Germaniam ornes, foueas, promoueasq;, & me ac ſtudiorum meorum fructus vni tibi, quales quales fue

rint

rint, deberi ſentio. Non tamen ita deſipio, vt ex meis hiſce ſcriptis, vel dignitatis, vel ornamenti quippiam ad cumulum tuarũ cœleſtium virtutum acceſſurum exiſtimem: aut quòd ibi facilè ſis aliquid reperturus, quod vel per teipſum, vel ex aliis, qui me longè doctius elegantiusq; præſentis quæſtionis nodum elucidarũt, ſine vllo negotio non poſsis intelligere: ſed potius vt meo tractatui ex fulgore ac tui nominis patrocinio, aliquid gratiæ concilietur. Atque hoc præterea ſum auſus, quia de tua ingenita clementia, ac innata beneuolentia, plurimùm confido, meq́ue ſpero veniam facilè conſecuturum, ſi non omnia vel dignitati tui nominis conuenerint, vel opinioni, quam de me fortaſsè animo concepiſti, reſponderint.

Ita quæſo, clementiſsimè Princeps,

mecum agas, vt munus ex re ipſa non æſtimetur, ſed conatus & voluntas accipiatur. Non hæc ſcripſi, vt quaſi oracula Deique reſponſa habeantur. Ea enim lege velim probari, vt nihil eorum vllo pacto retineatur, niſi quod bonum, atque cum diuinis ſcripturis, ſecundum analogiam Fidei Romanæ Eccleſiæ, quæ annunciata eſt in toto mundo, & cum Apoſtolica traditione conſentiens depræhenſum fuerit. Cæterùm, hæc ego non ſcripſi faſtidioſis laruatisq; Rabinis, ſed cupidis & efflagitantibus, coactus Matthiæ Flaccij Illyrici prouocatione, alioquin maluiſſem aliena verecũdè diſcere, q̃ mea imprudenter ingerere. Scio autem, Catholice Rex, te hæc, quæ accuſari à cæteris fortè poſſint, pro tua congenita clemẽtia boni conſulturum, facilemq́; ad ea condonanda fore, quia cum Re-

gia

gia Maieſtate admirabilem humanitatem coniunxiſti . Ideo non tibi, Sereniſſime Rex, ſed aliis, qui lecturi ſunt, has attuli excuſationes . Et quemadmodum te oro, vt munuſculum quod offero, læta fronte ſuſcipias : ita DEVM *immortalem, & Patrem miſericordiarum precor, vt tuam Catholicam Maieſtatem, cum vniuerſa tua Monarchia ad ea quæ optima ſunt per* CHRISTVM *adducat.* AMEN. *Antuerpiæ apud F. Minores. Anº Domini.* 1567. *.x. die Auguſti, quo & natus ſum, ætatis verò meæ Anno* 30.

Tuæ Catholicæ Maieſtatis multis nominibus cultor & ſeruus F. I. Porth-æſius Olloneñ. minor.

ERRATA.

Impreſſum eſt,	pag.	*Legendum eſt,*
Cœmanenſis	4.	Cœnomanenſis.
Mar.	13.	Matt.
ſubſtantiatione	28	tranſſubſtantiatiõe
cooperatur	20	comparatur.
demutatam	31	demutatum.
zizabon	35	zigabon
Leo	43	Lib.
Volphelinus	63	Volphelmus.
paſſionum	75	paſſionis.
zelo	92	cœlo.
queſt	93	quotlib.
factum	136	facta.
Miniſtros & Paſtores.	127	Miniſtri & Paſtores.

INDEX PRIOR.

Loca Sacræ Scripturæ, quæ in hoc opere explicantur.

OS non confringetis ex eo. 58. 59. **Exod. 12**

Offerent panes pro gratiarum actione. 26. 43. 52. **Leuit. 7.**

Vinũ lætificat Deum & homines. 43. 81 **Iudic. 9.**

Elias venturus eſt. 36. 37. **Matt. 17.**

Poſt biduum Paſcha fiet. 54. **Matt. 26.**

Accipite & manducate. 133. vſque. 138. ac. 161, 162. **Matt. 26.**

Hoc eſt corpus meum. 9. 11. 33. 47. &c. **Luc. 22.**

Hoc facite in meam cõmemorationem. 9. 10. 46. vſque. 113. &c. **Luc. 22.**

Habemus poteſtatem circumducendi mulierem, ſororem. 3. **1. cor. 9.**

Non poteſtis menſæ Domini eſſe participes. 100. 101. **1. cor. 10.**

Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur. 53. **1. cor. 11.**

Hoc facite quotieſcunq; biberitis. 111. **1. cor. 11.**

Mortem Domini annunciabitis donec veniat. 59, 82, 115. 116. **1. cor. 11.**

Ob-

1.Tim.2. Obſecro primùm omnium fieri obſecrationes & orationes. 27.77.127
Heb.10. Vna oblatione conſummauit. 156.157
Act.4. Eccleſia cor vnum,& anima vna. 4
Act.6. Nos orationi inſtantes erimus. 27.127
Apoc.13. Agnus occiſus ab origine mundi. 145.149.156

INDEX POSTERIOR.

Aronis Sacerdotium confertur Euangelico. 142
Abſolutio Sacerdotalis eſt Sacramentum. 23
Accidentia ſortiuntur nomen ſubſtantiæ. 17.18.19
Altaria & menſæ. 45.56.72.73.77.80.81
An in Miſſa aſtantes teneantur communicare. 123
S. Andreas ſacrificat agnũ quotidie. 64
S. Ambroſij Catharini ſententia explicatur. 147
Apoſtolo imponit Illyricus. 113
Apoſtoli dixerunt Miſſam. 128.129

Appli-

Applicatio Miſſæ. 158.159.160
Aqua vino miſcenda. 67.79.96.97
Atheus eſt qui Eccleſiæ ſenſum
non ſequitur. 118
Auguſtinus Monachos inſtituit. 26
Auguſtini ſententia expanditur. 30

BEnedictio aquæ. 119
Buceri commentum. 57
Bucerus cum complicibus confutatur. 151.152.
Burdegalenſibus ſcripta epiſtola. 72

CAluinates negant Chriſtum mortuum pro impiis 146
Caluinus confutatur. 150.151
Caluinus cõfutat Wirtembergeñ. 149
Caluinus detrahit crucis ſacrificio. 156
Cœna Euangelica & Moſayca. 54
Chriſtus in cœna ſe obtulit. 65.66
Chriſtus offert per Sacerdotes. 91
Chriſt⁹ ſanctificat oblat. Sacerdotis. 60
Chriſtus quomodo iterum immolari
dicitur. 43.44.87
Con

Confeſſioues diuerſæ apud hæreticos. 4
Conſecratio ad elementa dirigenda. 61
Corpus mactatum fit in cœna. 51.52
Crucis ſacrificium primum ac ſuffi-
cientiſſimum. 156.160

D Edicatio Eccleſiarum. 72.73
Dæmones verentur Miſſæ ſacrificiū. 42
Dæmones verentur Crucis ſignum. 119
Differentia Sacerdotij Legalis &
Euangelici. 102.103.104
Differentia Sacrificij Legalis &
Euangelici. 105.106.107.108
Doctrina D. Auguſtini. 30.31.32.33
Doctrina Eccleſiæ. 34.35.41
Doctrina D. Irenæi. 24.25.26
Doctrina Theodoreti. 23
Duo ſacrificia quomodo dici poſſunt. 78

E Ffuſio ſanguinis ad remiſſionem
peccatorum. 146.154.155
Elementa tranſeunt in diuinā carnem. 52
Epiſt. Eccleſiæ Achaiæ authētica. 63.64
Epiſtolæ D. Clementis. 119
Epi-

Epiſtolæ veterum Rom.Pontificum. 68
Epitheta Miſſæ. 109
Eſſe rerum dicitur earum ſubſtantia
& materia. 18.19
Euchariſtia Deo offertur. 24.25
Exemplar Sacrificij. 83.84
Exemplar & res. 150

FAcere licet aliqua quæ non mandantur. 121
Facere eſt conſecrare. 60.85
Facere eſt ſacrificare. 47.48.53.54.59.139
Fomes an ſit in Chriſtiano peccatū. 146
Fractio panis quomō fit in Euchariſtia. 13.14

GRæci affirmant ſacrificium & tranſſubſtantiationem. 94
D.Gelaſij authoritas expanditur. 18.vſque.24

HÆretici non conueniunt inter ſe. 1.2
Hæreticorum notæ. 3
Hæretici ſcribūt cōtra legitima concil. 5
Hæreticorū contraria dogmata fidem
confirmant. 15.16
Hoc

Hoc,demonſtrat ſubſtantiam determinatam in prædicato. 11.32.33
Hoc, demonſtrat actionem cum ſubiecto. 9.110
Hoſtia propitiationis. 65

IEiunandum diebus ſtatutis. 40
Illyrici mores. 6.7.8.91.92.93
Illyrici impoſtura. 69
Illyricus ſecum pugnat. 111.112.114.136.137
Illyricus non ſapit. 116.117
Illyricus an ſit atheus. 118.119
Immolatio fit in cõſecratiõe. 93.94.95
Incarnatio confertur Euchariſtiæ. 19.20.59
D. Irenæus exponitur. 24.vſque.30

LAudis ſacrificium. 77
Legales Sacerdotes differunt ab Euangelicis. 143.144.145
Loci ex epiſtola ad Hebræos explicantur. 102.vſq;.109.&c.142.vſq;.158
Lutherani non ſunt de Eccleſia. 25.39

Lutherani iniurij Chriſto. 32.33
Lutherus pſeudoElias. 36.37.38.

MElanchthon fit Caluiniſta. 7
Memoria & Sacrificium. 150.151
Menſa Chriſtianorum eſt Altare. 56
Miſſa à Chriſto inſtituta & ab Apoſtolis tradita. 25
Miſſæ nomina apud Veteres. 109.110
Miſſa ſuper reliquias ſanctorum. 45
Miſſa quibus conſtat. 9
Miſſandi modus ab Apoſtolo. 127
Miſſio legitima ad docendum. 1
Miſſio extraordinaria quomodo dignoſcitur. 2
Moyſi cœna & Chriſti. 100

NIcenæ Synodi canon expanditur. 56
Niceni Concilij teſtimonium de Sacrificio. 56.79.149.&.151
Nouam non facimus oblationem. 87.88

OBlatio & participatio ſacrificij. 42.151
Offerimus Deo Martyrum. 43
Offe-

Offerendũ Deo corpus Chriſti. 25.26.27
Orare pro defunctis, & offerre. 4.16.39.40.65.118
Orare ſanctos. 4.5.65.118.119

PAnis materialis quomodo diſcernitur. 13.14.15
Papatus Saxonicus. 7
Paſcha vetus fuit figura corporis Chriſti. 55
REmittere peccatum, & exhaurire. 155
Repetitio ſacrificij quomodo intelligenda. 87.88.131
Repetere Euchariſtiæ oblationem an ſit neceſſum. 148
Ritus dicẽdi Miſſam ab Apoſt. 128.129

SAcerdotes inſtituti his verbis, Hoc facite. 48.49.50.73
Sacerdotes Euangelici. 132
Sacerdotium ſecundum Malkizedec. 78
Sacerdotium Legis & Euangelij. 143
Sacrificiũ laudis vnde dicitur. 26.27.43
Sacrificium in cœna. 10.47.48.49
Sa-

Sacrificium in Miſſa. 38.39.vſq;.71
Sacrificium Chriſti confertur Legali. 148.149
Sacrificium aliud quàm preces. 143
Sacrificium Cœnæ vnde vim habet. 158

THeodoreti authoritas expanditur. 18.vſque.23
Traditio Eccleſ.ſeruanda. 121.126.130
Tranſſubſtantiatio aſſeritur. 10.vſq;.36
Tridentini Patres ſecuti ſunt Eccleſiam primitiuam. 76

VErba Canonis Miſſæ expanduntur. 82
Witembergenſes de Illyrico teſtantur. 92.93
Virgo Maria redempta. 158
Vis Sacrificij Crucis à Chriſto inſtituente. 158
Vuirtembergenſes confutantur. 149
Vna oblatio. 43.vſque.47
Vnum Sacrificium. 143

FINIS INDICIS.

CONCILIVM CATHOLICVM TRIDENTI HABITVM.

Seſs.22.Cano.2.An°.1562. 18.Septemb.

SI quis dixerit illis verbis, Hoc facite in meam cõmemorationem, Lu.22. Chriſtum non inſtituiſſe Apoſtolos ſacerdotes, aut non ordinaſſe, vt ipſi, aliiq; Sacerdotes offerrent corpus & ſanguinem ſuum, Anathema ſit.

DE VERBIS DOMINI: HOC FACITE.

LVC. XXII.

SECTIO. I.

QVI exploratam ſatiſq́ue notam habet aduerſariorũ Eccleſiæ Catholicæ irrequietam maledicẽdi libidinem, mirabitur nunquam, confido, hominũ mente corruptorum ſpermologam cæcitatem, ſi eorum mores audaciamq́; impudentiſſimam, cum præteritorum hæterodidaſcalia impoſtorum conferat. Animum ſanè nunquã mutant, etſi aërem, ſolum, & cauſam, multaq́; alia deluſæ plebeculæ diſſimilia autument: ſemper tamen lupus erit, licet domeſticus putetur, & ouum, ouo ſimile. Nõne ſunt ſua nunc audacia cæci, imò libidine contradicẽdi excæcati, qui Miſſæ ſacrificium vbiuis gentium ab Eccleſia receptum, procul-

cant,& denegant? Sed vt reſtiterunt olim ſancto Dei conſilio in manu Moyſi Iannes & Menbres, cum cæteris Magis miſerrimæ Ægypti, fuco cuiuſdam veritatis, plebi & indurato Regi, ſua temeritate, imponentes: ita nunc iſti Eccleſiæ Dei bellum indicunt. Sacerdotium, iusq; docendi ſine aliqua miſſione legitima vſurpare tentarunt veteres ſchiſmatici, Dathan Chore & Abiron, quibus omnes hæretici ſemper fuêre perſimiles, non habentes miſſionē ordinariam, quæ Eccleſiaſtica manuū impoſitione, & non Principū aut plebis inſtitutione legitima cēnſetur. Act. 1. 21. &. 6. 2. ac 13. 3. &. 14. 22. hinc. 1. Timoth. 4. 14. item. 2. Timoth. 1. 6. demùm Tit. 1. 5. At Miniſtri moderni ſeipſos ordinarunt ad ſuum peragendum prædicantiæ nouæ munus, vel à Principibus, aut Magiſtratu, ſicut prophani Sacerdotes Ægypti, Baal, & Hieroboam, ſunt inſtituti, contra verbi diuini permiſſionem. Taceo, quòd nec inter ſe, nec cum vniuerſali

ſali Eccleſia in doctrina Chriſtiana cõueniunt,& cathedras Principum vel plebis violentia vſurparunt. Quid nebulas ſuæ extraordinariæ miſſionis opponũt? Vbi Scripturæ de eorum miſſione prophetarunt, ſicut de Moyſe, de Ioanne Baptiſta, & Chriſto? vbi miracula in manu Moyſi, in ortu Ioannis, in manu Eliæ, & Chriſti? Vbi (quæſo) inſtaurandum Euangelium per Donatũ ſub Auguſtini ſæculo, aut per Lutherũ hac noſtra ſummè deploranda ætate? Si quid præſtitit Lutherus, quid alter Carolſtadius, plus Oecolampadius, & Zuinglius, & demùm ſatis ſuperque nimis Caluinus contrà tentarunt, hunc tertium Heliam erroris & cæcitatis accuſantes? Nõ aliud annunciat Moyſes, vt à Ioſue repræhendatur: non inter ſe pugnant Elias, Eſayas, Prophetæque alij veritatis, aut viri re vera Apoſtolici: ſed ſunt ex circũciſione carnali ſibi placentes ſchiſmatici. Pacem ineunt ſtatim Euangelici ſynceri (Act. 6. &. 15.) Patres in Sy-

nòdis: at Eccleſiæ aduerſarij diuerſa credunt, adorant, ſcribunt, & nunquã conueniunt. Qualis ergo nam ſit eorũ miſſio, ſatis, & paucis, ad oculum cunctis, non cæcis, viſendum depinxerunt.

SECTIO .II.

NVLLI apud ſe rem iſtam ſeriò tractanti, in mentem venire poteſt, tales curſores aliquo veritatis zelo eſſe armatos, aut à Deo miſſos, quum nihil ſimile ſit demonſtratum ſacris in literis, vel hactenus viſum, niſi in pſeudoapoſtolis. O ſacrum Euangelium (ſi Diis placet) à Luthero aliud Saxoniæ, quàm quod Brentius Tubingæ, aut Caluinus Geneuæ videre potuerit. Hîc non quæſtio de hominum opinionib. extra ſcripturarum apertam declarationem, aut Conciliorum determinationem, inſtituitur, ſicut aliquãdo inter Catholicos, ſed de fidei apicibus. O quintum Euangelium, quod ferro, foco, & armis inſtauratur, & ſeritur! Aliud ſerere verũ Euangelium, aliud demùm ſatum defendere.

O ſan-

O ſanguinarium & muliebre Euangelium, quod à caſtitate excidit, vt mulierum coniugio maiori cum pietate mundo inuehatur, à Iouinianis & Nicolaitis primò probatum. Habuit Apoſtolus poteſtatem circũducendi ſororem mulierem, quemadmodũ cæteri Apoſtoli, Fratres Domini, & Cephas. 1. Cor. 9. ſed non ait, concubandi, ſicut noui Apoſtoli: hac tamen poteſtate nõ vtitur, vt currat Euangelium. At quis adhuc Prædicantes ſine mulierculis cõſpexit? Indignum ſanè nouo Euãgelio tantum facinus. S. Paulus mulieres ſorores, iſti mulieres vt vxores die nocteque amplexantur. Apoſtolus eas vxores, quæ ſint à complexu virili alienæ, ſicut ſorores Euangelicis miniſtris, ante ordinationẽ acceptas, & permiſſas, tanquam minus perfectum inculcat; ſicut Fratres Domini ſemper cõtinentes legimus, & Petrum, poſt Euangelicum Sacerdotium, quos Apoſtolus ſui dicti exemplum eſſe voluit. Verùm extraordinarij græcizan-

tes non mulieres ſorores, aut vxores pro ſororibus conſeruatas habent, vt Paulus proponit, ſed ſcortatas pellices, aut fœcundos ventres ſecum geſtant, ſine quibus non licet tam pudicum Euangelium effutire. Hæc ſunt ergo ornamenta Prædicantium, Miſſio ſeditioſa & illegitima, Bellum ſanguinariũ, Pellex, vel garrulum ſcortum. Signa autem dignoſcendæ eorum Synagogæ, iurgia, ac rixæ implacabiles: aliud eſt enim nouum Euangelium ſecũdum Lutherum, quàm ſecundũ Carolſtadium: aliud Oecolampadij & Zuinglij, qui non docuerunt, quam Chriſti præſentiam in cœna, aut quam communionem nos credere debeamus, ſicut Caluinus, cui id reſeruarat Spiritus S. ſi Bezæ credimus. Non cõuenit Maieſtuoſus Brẽtius cum rigidis Magdeburgenſibus. Hæc prima turris Babylonicæ nota. Secunda, quòd omnes Patres de Sanctorum inuocatione, prece pro mortuis, & Eccleſiaſticis cæremoniis, ac conſimilibus rebus tradide-

VVeſt. contra Calu.

Cal. admo. 2 contra VVeſt.

Cal. de cœna Domini

Præfat. in Ioſu.

diderunt vniuerſaliter, vnanimiq; conſenſu, audacter reiiciunt, prætextu cuiuſdam fucatæ veritatis de nouo in ſacris adinuentæ ab ipſis,& Patribus omnibus ignotæ: & hac noua opinione ſeſe oſtentant Eccleſiam Catholicam. Tertiò, inauguratio ſine Apoſtolica ſucceſſione. Quis Apoſtolorum, aut Epiſcoporũ eis ſuccedentium, preces ad Sanctos reiecit, niſi ſuperſtitioſus Euſtatius, aut ſcurra Dormitantius, vt vocat D. Hieronymus? Quis pro defunctis preces damnauit, niſi Arrianus Aerius, quẽ Epiphanius, Auguſtinus, Damaſcenus, ac omnes Epiſcopi Chriſtiani in albo hæreticorum numerarunt, quia Miſſam propitiatorium ſacrificium pro defunctis reiecit? Eccleſia, cor vnum, & anima vna: Iſti tot Confeſſiones diuerſas, Auguſtanam, Saxonicam, Wirtembergenſem, Bezanam, Tigurinam, ædiderunt, quaſi Auguſta mortua ſit pro nobis, aut Loſanna, vel Saxonia. Quaſi, inquam, ante cõmenta Saxonica, nullus

Epiph. cõtra Aëria. Aug. hæreſ. 53. Damaſ. 74.

veræ Chriſtianæq́; fidei fecerit profeſſionem. Eccleſiæ doctrina à mari vſque ad mare vniuerſalis Epiſcoporum ſucceſſione oſtēdi poteſt ante mille annos: at noua doctrina diſſecta, alia Tubingæ, alia Geneuæ, alia Magdeburgi, alia Heildebergæ. Sedes Romana ab Apoſtolis ſuam ſucceſſionem, Sedes Turonenſis à Sancto Gatiano ad Sanctum vſq; Martinum, vt perueniret ad doctiſs. Græcè & Latinè Re. D. S. A Maille, Cœnomanenſes Epiſcopi à Diuo Iuliano, Parrhiſienſes à B. Dionyſio, Andegauenſes à S. Defenſore. & ſic de ſingulis aliis. Reuolue omnium Epiſcoporum ſedes ab Apoſtolis in Francia à. 1500. annis, & non inuenies vnum Caluinatem, Lutheranum, aut Anabaptiſtam. Et hodie, vt decet ſua functione digniſſimos Præſules, clamant cōtra hæc Septentrionis monſtra. Archiepiſcopus noſter Turonenſis, & eruditiſſimus Eccleſiaſtes Epiſcopus Cœmanenſis, D. Re. Carolus Dangenes inclitæ domus Rambuletanæ

næ decus, in ſuis frequentiſſimis, maximè in quadrageſima, ad populum Catholicis concionib. Hæc oſtendant Lutherani, ſi habent. Ita B. Ireneus Marcionem & Valentinum, cum Tertulliano, perterrefacit, lib. de præſcriptione Hæretic. His armis Origenes confodit Celſum, Cyprianus verò Nouatum: hac machæra iugulantur ab Auguſtino Manichæi & Donatiſtæ. Omnes demùm nouatores hoc tormento humi proſternit Vincentius Lyrinenſis: hac machina Epiſcopatuum inuaſores Arriani depulſi ſunt, & depellendi Sectarij ad vnum omnes. *Iren. lib. 3. cap. 2. & 3.*

SECTIO .III.

PErſonales hos Eccleſiæ aduerſarios paucis attigimus, vt nullus de cætero miretur, qua fronte reclamarint iudicio Cathol. ſynodi, quod olim fecerunt ſuperbi Legiſperiti Iudæorũ, etiam poſt decretum Apoſtolorum. Act. 15. Arriani ſimiliter mentiebantur Dionyſ. Alexan. eſſe ſuum, ac alios Patres detorquebant

ad ſuam mentem, ſic ait Athanaſius lib. de ſenten. Dionyſ. Alexand. imò non ſolùm floccifaciebant Nicenum conciliũ, ſed etiam contra illud acerbè ſcriptitabant. Deinde Euthichiani volumina edunt nõ pauca aduerſus Calcedonenſem ſynodum, effutiuntq; Flauianum Epiſcopum & Martyrem eſſe ſuum. At Patres reclamant, dicentes, S. Flauianus Martyr oret pro nobis, nobiſcũ credidit. &c. Verùm ſi Eccleſiæ inimici credunt quatuor primis Conciliis, quare Sanctos nõ inuocant, quum hîc habeant quid Patres crediderint & docuerint? Neſtorius verò nec adeſſe voluit Concilio primo Epheſino. Demùm, hæretici omnes ſemper reiecerunt Synodos in quibus damnati ſunt, contra eas ſcripſerunt, appellantes (vt ſumma hypocriſi fingebant) ad verbum expreſſum, quod ibi damnatum ac corruptum fuerat per aduerſarios, ad legitimum Concilium, in quo non premantur hominũ libidine, in quo Dei purum verbũ locum habeat. Quis neſcit

Ath. pro Nicen. Synod. Vigil. cõtra Eutich.

Calced. Syn. Act. 10.

neſcit ſuperborum hæreticorũ has eſſe laruas, quibus populo Dei fumos venditant pro luce? Propterea nihil eſt noui his diebus inuenire deploratos miſeros, qui ſolos ſe videre putant verbi Dei ſenſum: qui, inquam, plebeis hominibus impudentiſſimè imponunt, vt nunc præ manibus venit libellus contra Synodum Tridentinam & Monachum quendam, ſuppreſſo authoris nomine, ſaltem obſcurè quibuſdam literis affixo, quem tamen fuiſſe Mathiam Flaccium Illyricum ex communi fama conſtat, maximè Lutheranorum. Accedit teſtimonium eorum, à quibus veniit libellus is infamatorius, qui conſtanter affirmant fœtum eſſe Illyricum, confirmantes ex tribus literis M. F. I. in fine additis. Profectò dictio & ſtilus demonſtrant hunc partum Illyricanum ſequi ventrem. Conuincunt deducta eo in libello argumentorum ſpectra, è chimerana Flaccij officina hoc emanaſſe monſtrum. Huius eſſe opus concludo, quòd eadem argu-

menta

menta omnino cæca & inſulſa, mihi pau lò antè propoſuerat, quæ tamen (vt pru dens eſt) arbitratur concludere & vera eſſe. Sextò, euulgauit hunc tractatũ antequam è ſuggeſtu verba Domini, Hoc facite, tractarim, vnde tantùm ex mutuo colloquio has ſomniauit præſtigias. Demùm, nec in ſuggeſtu Sanctiſſimos Patres Tridentinos hac de re citaui, quam ob rem id tantùm è mutua noſtra collatione deduxit, ſuppreſſis noſtris reſponſis: quibus omiſſis, nos plebibus conatur reddere conuictos & odioſos: quod vt faceret petulantius, nomen ſuum & Monachi obſcurè ſubindicauit, ne aliquem præſentem tetigiſſe videretur, qui eius technas, fraudes, mendaciaq; impudentiſſima detegeret. Ideò hunc fœtũ, quaſi meretriceum, anonymũ reliquit, vt meritò orphanus & indiuiduũ vagum vocari poſſit. Præterea mores authoris imitatur hic hircoceruus, idioma Teutonicum, ad deludendam miſerã gentem, pro Latino vſurpans, quod & factitare ten-

tentarat etiã me ei colloquẽte. Subinde cubitale iſtud idolũ putabat dudum deliteſcere,& me inſcio à multis coli,ideò linguam Germanicã mihi ignotam vſurpauit,& in angulo cuiuſdam libelli contra confratres ſuos iuniores Caluiniſtas collocauit,vt iſte Magdeburgicus deus religionem ſibi ſua obſcuritate redimeret,nouosq́; conciliaret cultores & amicos. Sed fruſtrà Illyricus perſonam mutat,modeſtiamq́ue ſimulat,gratias reddere differt,& morbum celat,quum ab vnguib.leo, à voce lupus,ab aſtutia vulpes,à præda lucius,& à cornu bos agnoſcatur. Certè polypus aërem mutare poterit,Siſyphusq́; ſaxum voluere,& Protheus in diuerſas tranſire formas, coactus tamẽ,aut ſerò,fauſta dabit reſponſa:quoquo verſum ergo ſeſe vertat Illyricus,quæ dixit & ſcripſit,tutari ſine fuco aduerſum me habebit. Veruntamen vellem eum monitum, plurimũ eſſe illi negocij ad fouendũ Euangelium Lutheri,interitũ Magdeburgenſibus minitãs:
nam

nam quum ſit iam fermè.40.annorum, caneſcit, tepeſcit,ac deficit,viribus orbatus ob vxorium negotium,cui à pueritia inſeruiuit. Eneruant enim animũ mulières,corpus,opes,& aurum. Huic Euangelio inſanabilem plagam intulêre Zwingliani,in quorum caſtra,vt ad ſacram anchoram, cucurrit Comes Palatinus,Melancthonq́;,eius primus nu-
Anno 1561 tricius. Anno.61. Guil. Cleinbicius eius ruinam publicè euulgauit vno libro, cui titulus Victoria veritatis,& ruina papatus Saxonici. De Heildebergenſibus no-
Anno 1566 tiſſimum eſt,quomodo anno.66.euulgarunt Mulbrunenſe colloquium in interitum Lutheranorum Tubingẽſium, quos Witenbergos, Brentianos Maieſtuoſos, Vbiquitariosq́; vocitant. Ædiderunt doctrinam de Cœna (ſicut nuncupant) iuxta Confeſſionem Auguſtanã,aduerſum conſubſtantiatores Lutheranos,de quibus penè innumera repor-
Anno 1566 tant bellorum præmia. Vtinam Illyricus ſuam Apologiam anno.66. contra

Be-

Bezam defenderet, quam ſatis ſuperque oſtendit præfatus Beza ſtolidam eſſe. Quare non ſe vindicat de confratribus Witenbergenſib. qui per vniuerſum orbem anno. 1566. eum depredicarunt ſycophantam peruerſum, rabioſamq; canem? Fingit ſe neſcire D. Alanum Copum Catholicum Anglum eruditiſſimū Hiſtoriam Magdeburgicam, librū pſeudocarolinū, & multa alia adeò ingenuè labefactaſſe, vt conſultius foret Illyrico noua non aggredi bella. Satis aſperè D. Eiſengrenius Spirenſis Chriſtianus ſcriptum Illyrici Saxonicum tractauit, & mendaciſſimum comprobauit. Nō leui cenſura arbitror me tetigiſſe refutaſſeq; ſcripto, & in concione coram omnibus, nebulas, quas finxit contra D. Clemētis Epiſtolas, aliorumq; Romanorum Pontificum, in ſuo catalogo contra Papam. Quomodo ergo Illyricus omniū oculatiſſimus hæc nō videt, aut lecta à multis, & impreſſa Dilingæ, Antuerp., Lutetiæ, & Geneuæ, non vindicat? quare, ſi falſa

ſunt,

ſunt,non cõuincit? Ad quid noua men dacia cudit,bellaq́; grauiora ſuſcitat is, qui tot chimæras bombizãtes in vacuo, ſphyngumq́ue chiliadas vno partu eſt enixus,vt omnes in ſui admirationẽ pertraxerit? Sua ergo ſcripta defendat,veraq́; prius oſtendat, & forſan poſterius noua & ſtupenda figmenta contra Oecumenicam Synodum Tridentinam,& quendam Monachum (vt vocat) ſpargere impudentiſſimè poterit. Sed nihil illi deerat,niſi vt more Arrianorũ, Neſtorij,& Eutichetis,aduerſum Conciliũ ſcriptitaret,& ei verbi diuini fuco ſeſe opponeret,iudicatusq́; ac legitimè damnatus, Iudices,ipſe reus,iudicaret.

SECTIO .IIII.

NVNC ſupereſt audire Illyricũ ſua ſeſquipedalia verba trutinantem ad plebes deludendas, ſic enim exorditur: *Breuis & ſolida demonſtratio, quòd iſtis verbis, Hoc facite in meam commemorationem, non ſit inſtituta Miſſa. Et quòd verbulum Hoc, propriè non corpus,*

ſed

ſed totam illam actionem ſignificat: Aduerſus Concilium Tridenti habitum, & quendam Monachum. At, bone Prædicās, arbitror te lapſum etiam in præſentis negotij foribus, quandoquidem ſæpè ſuis debent conuenire nomina rebus: hinc legendum putauerim: *Breuis & ſtolida demonſtratio, quòd iſtis verbis, Hoc facite in meam commemorationem, nō ſit inſtituta negatiua Illyrici illatio: & quòd pronomen Hoc, propriè non corpus tantùm, ſed totam ſignificet Euchariſtiæ actionem.* Imprimis ſciat aduerſarius, Miſſam eſſe preces ad Euchariſtiam ſumendam & offerendam diſponētes: ſecundò, elementorū tranſmutationem: tertiò, conſequētia neceſſaria, oblationem: ac demùm, ſumptionem. quæ omnia iſtis verbis, Hoc facite in meam commemorationem, compræhenduntur. Verùm, dicit Flaccius, Hoc, nō demonſtrare corpus propriè, ſed totam illam actionē. Propriè, inquit, Hoc, non demonſtrat corpus: demonſtrat ergo appellatiuè? At non ſua refert, dum-

modo nõ demonſtretur propriè Chriſti corpus, actionem autẽ illam totam demonſtrari quidem concedit per pronomen Hoc: ſed facere corpus in cœna, eſt actio: hoc autem fecit Chriſtus, dicens, Hoc eſt corpus meum. Ergo cor-
Matth.26. pus factum oſtendebat Chriſtus, ſeu actionem corporis facti virtute verbi. At quomodo Illyricus in Cœna de manu Prædicantis ſumet actionẽ manducandi & bibendi, ſine ſubiecto, ſeu ſine effecto corpore, quod reuera manducetur? Si autem ſubiectum corpus in Cœna non fiat per verbum Dei, quomodo ſtabit, Hoc eſt corpus meum, efficax & verũ? Quomodo manducabit corpus, non effectum virtute verbi? hoc enim qui ſomniat, chimeris Illyricanis tantùm fruitur, ſine Dei verbo.

SECTIO .V.

AGE iam, verba Domini perſpicua ſunt, eſſe autem vera dubitat nul-
Luc.22. lus: illa ideo audiamus. HOC eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, ſecun-

dum

dum Latinos,& traditur,ſecundũ Græcos. Fecit quod dixit Dominus. dixit autem eſſe corpus tradendum in craſtinum, ergo fecit illud corpus quod fuit in cruce in die Veneris ſancta traditum, illud verò fuit corpus mactatum: vnde in Cœna,ſecundũ ſuum expreſſum verbum, fecit corpus mactatum. At facere immolatum corpus, eſt immolare. Ideo Græcus piè dixit in præſenti, datur, traditur, & frangitur. Proinde reuera Chriſtus in cœna obtulit. Iubet autem (vt etiam permittit refractarius) facere hoc quod fecerat, ſeu actionem illam totam, ergo corpus ſuum reipſa iubet in cœna immolare. Præterea iubet nobis credere, hoc corpus in cruce ſacrificatum, factum in cœna: hoc verò fuit pro omni gratiarum actione, & peccato, ac neceſſitate generali & ſpeciali. Propterea ſic debent facere Sacerdotes in omni oblationis myſterio.

Rem ab initio verborũ Chriſti apertam, ſi quis apud ſe cogitarit, haud am-

bigere poterit, Miſſam eſſe re vera ſacrificium: inquit enim, HOC eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur. quærendum ergo quid HOC demonſtrat, an panem, an corpus: inde. n. pendet error Lutheranus, vt bene notant Zuingliani omnes. Catholici autem recta via ambulant, dicentes, quoniam verba intelliguntur ad literã, HOC eſſe accipiendum ſicut in aliis communibus orationibus, vt hoc eſt lignum, hoc eſt indiuiduum, hoc eſt pannus, hoc eſt vinum, hoc eſt panis, hoc eſt lac, hoc eſt corpus. In quibus ſubiectum hoc, non ſignificat lignũ, indiuiduum, pannũ, vinum, panem, lac, aut corpus, nam tunc, vt aiunt etiam Logicorum elementarij, inſulſa eſſet enunciatio, lignum eſt lignum, indiuiduum eſt indiuiduum, pannus eſt pannus, vinum eſt vinũ, panis eſt panis, aut corpus eſt corpus. Ad priora ergo Ariſtotelis remittamus Illyricum, quoniam ſua poſteriora inuerecundè nudauit. Sciat ergo Magdeburgenſium Schola,

HOC,

HOC, eſſe ſingularem entis ſubſtantiam, quæ declaratur prædicato, ſicut in ſimilibus demonſtrauimus. Quod Illyricus in Apologia contra Bezam confirmat, dicens : *Quando in ſubiecto eſt pronomen demonſtratiuum, & articulus prædicato additur, eandem rem ſignificant, ac pro eodem ſumuntur : quia ſubiectum per demonſtratiuum ſpecificatur, & prædicatum per articulum. Pag.* 153. Ergo HOC nõ demonſtrat panem materialem, vt volunt Lutherani, contra omnem Philoſophiam, qua tamen ſuas hîc bellè conantur tueri chimæras. Sed vrgeamus vnionem ſacramentalem Illyrici. Si panis cũ pane cœleſti, qui eſt corpus Domini, ſit vna hypoſtaſis, ſeu vnicum ſuppoſitum, ſicut caro in verbo: ergo Deus eſt impanatus, ſicut incarnatus : Deus eſt panis, ſicut Deus eſt homo. Si dicat nouus Neſtorius, aliam eſſe hypoſtaſim panis materialis, aliamq; corporis Chriſti, vt volebant Neſtoriani in ſacramẽto incarnationis. Iam nõ erit verum dicere man-

Illyric. contra Bezam

ducando panem Magdeburgicum, nos Chriſti carnem edere: ſicut ſi ſecũdum Neſtorium duæ fuiſſent hypoſtaſes, filij Dei, & filij hominis, non fuiſſet verum ſecundum Catholicã Synodum Epheſinam primam, filium DEI pro nobis paſſum. Vnio enim ſacramentalis tantùm, vt volunt Sancti illi Patres, id efficere nequit, vt ſcilicet ſit cõmunicatio idiomatum. Vnde neceſſum eſt, Lutheranos mutationem elementorũ admittere, vel negare Domini verba intelligenda ad literam, aut ſcripturis confirmare, quæ fingunt de ſua inaudita ſacramentali vnione: hanc enim plenis buccis effutiunt, & confirmant nunquã ſcripturis & Patribus. Ad verba Domini redeo, quæ hanc ſacramentalem vnionẽ euertunt, quũ dicit: HOC eſt ipſum corpus meum, quod pro vobis datur. Luc. 22. Sed nullus materialis panis eſt pro nobis datus in cruce, nec aliquod corporis diuini ſymbolum: ergo corpus, & non panem præbebat. Quòd ſi HOC,

de-

demonſtrat corpus, vt fatetur Illyricus, *Illyr. Apolog. contra Bezā anno 1566. menſe Martio.* ergo non carnem. Eſt enim argumentum certiſſimum, ſecundum Logicos, à diſparatis, vt hoc eſt lac, ergo non eſt ferrum. hoc eſt corpus hominis, ergo non eſt panis materialis. At ſi putat Lutheranorum factio, HOC, demõſtrare panem, conſequens erit, illum fuiſſe pro nobis mortuum. quomodo autem niſi per diuinam tranſſubſtantiationem potuit prò nobis mori? Et ſi HOC, demonſtrat panem materialem, vt volunt Lutherani, falſum erit quod aſſerit Illyricus, *Subiecta eſſe talia, ſicut à prædicatis declarantur*, *Illyr. cōtra Bezam.* quoniam panis materialis non eſt corpus Chriſti. Et quónam pacto pro eodem accipientur, & eandem rem ſignificabunt, ſi diuerſa ſint? Hoc enim pernegant S. Patres Epheſini, & Ariſtoteles in Topicis. Præterea, HOC, eſt indiuiduum ſingularis ſubſtantiæ, vt loquuntur Dialectici: ergo non poteſt ſimul duo entis indiuidua, panem ſcilicet materialem, & corpus demõſtrare:

vt quando dico, hoc eſt lac dulce, ibi HOC, vnam tantùm demonſtrat ſubſtantiam. Nam ſi duæ demonſtrarētur ſubſtantiæ, dicendum fuerat, hæc ſunt corpus meum, vel * hæc corpus meum eſt. Inſuper planum eſt Dei verbum: Hoc eſt ipſum corpus meum, quod pro vobis frangitur. Vnde ſic argumentum deſumo: Quod fuit pro nobis in cruce fractum dedit Chriſtus Apoſtolis, & quotidie dat in Euchariſtia. At nulla panis ſubſtantia, aut alicuius frumenti materia eſt pro nobis in cruce & paſſione lancea & flagellis fracta, præter ſubſtantiam panis, qui dat veram vitam mundo, & ſubſtantiam frumenti, quo multiplicati fideles in pace requieſcūt: præter ſubſtantiam panis illius, quem Pater ſignauit, qui eſt corpus Domini, qui eſt iudicium noſtrū, qui ſanctificat manducantes dignè, quoniam ſanctus eſt: vnde corpus ſuum, ſine panis materialis ſubſtantia, aut carnis ſuæ ſubſtantiam, ſine materiali pane, præbuit.

**hæc ſeu hæres, ſiue ſubſtantia panis & vini, cum corpore meo, ſunt ipſum corpus meū, quæ oratio eſſet inepta.*

Ioan. 6.

Pſalm. 4.

1. Cor. 11.

SEC-

SECTIO .VI.

CHRISTVS Dominus, qui ſolus eſt audiendus, nunquam pronunciauit, ſubſtantiam illam quam ſuis manibus tenebat, benedictamq́; porrigebat, eſſe panem, aut panis, qui videbatur, ſubſtantiam: ſed ſuum corpus & ſanguinem eſſe pro nobis tradenda, apertè eſt teſtatus. Ergo quotquot ſunt Lutherani, qui panem cum corpore Domini defendunt, verbo Dei addunt: & Cingliani omnes, qui ſymbolum corporis in cœlo reſidentis affirmant, verbis vnigeniti filij Dei apertiſſimis detrahunt. Præterea S. Paulus nunquã pronunciat eſſe ſubſtantiam panis materialis, ſed hoc fingunt aduerſarij. Imò ait, eſſe panem fractionis, ſicut B. Lucas; eſſe panem illum panem Domini, panem corpus Domini, panemq́ue iudicium noſtrum. At, hoc, qui putauerit eſſe panem materialem, à fide Chriſti deuiauit. Oſtendunt enim diuini Apoſtoli, cuius panis ſit ſubſtantia, per an- *Mar.17.*

tonomaſiam, & declarationem, quum eum non abſolutè panem appellant, ſed ſignat eum, ſicut Pater cœleſtis Ioan. 6. dicentes, panem illum, panem Domini, panem corpus Domini, panem quem frangimus: quod fit primò, quia ſpecies, quæ accidentia ſunt, tantùm franguntur, ideo dicitur frangi, quæ fractio ad accidens primò terminatur. Fractio enim quũ ſit quantitatis diuiſio, ad ipſam quantitatem pertinet. Hinc dicitur non ſimpliciter panis ſecũdum ſubſtantiam indiuiduam & internam, ſed panis qui frangitur, qui eſt corpus Domini. Frangitur ergo quod eſt quãtum, quod dicitur panis, propter illam actionẽ quæ fit circa panem: ideo non legimus ſimpliciter, Panis quem frangimus, ſed addit Apoſtolus, quæ nam ſit ſubſtantia huius panis, quando ſubinfert, Eſt communicatio corporis Chriſti. Eſt panis ille corpus Domini, Panis iudicium noſtrum. Non dicit panem illum, vt frangitur, eſſe corporis ſubſtantiam: ſed ait

eſſe panem ſecundum denominationē, cui ineſt tantùm frangi: ſubſtātiam verò ait eſſe corporis Chriſti. Quamobrem Lutherani de ſuo duas in eo ſine DEI verbo expreſſo, excogitant indiuiduas ſubſtantias: nam ſcripturæ, quæ ſignant hunc panem, ſatis oſtendunt, non eſſe panem, niſi ſecundum quandam determinationem: ſicut caro Chriſti dicitur panis, ſic Manna, verbum Dei, lachrimæ, & ſimilia id genus, dicuntur panes, non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum denominationē extrinſecam, & ob quaſdam proprietates analogicas. At incumbit cunctis Lutheranis probare Euchariſtiam vocatam ſimpliciter panem poſt verba Chriſti, ſicut ante, vt habeant ſuũ Deum, quem manducando nō ſumunt, ſed dentibus conficiunt, & nō verbo & elemento. Dicitur ſubinde frangi, quoniam myſticè in hoſtia frangitur, quum per diuinam tranſſubſtantiationē fit corpus pro nobis in cruce fractum. Frangi prætera dicitur, quoniam de eo omnes

qui cupiunt, ſimul comedunt, ſicut de re fracta. Et conuictum ac cibum liberaliter & gratis communicatum diſtributumq́; ,vocant Hebræi Panis fractionem, vt ex Eſaia & Hieremia colligere poſſumus, vnde Euchariſtia eam ob cauſam non inſulſè dicitur Panis fractio. Hinc Lutherani in ſua confeſſione, quã vocant Antuerpienſem (licet oculatiſſimus eiuſdem ciuitatis Senatus, & potior pars ciuium, ſine controuerſia ſint ſynceri Catholici) dicũt hanc panis fractionem eſſe carnis Chriſti communionem, pag. 88. vnde conſequens eſt, Apoſtolum panem ibi non pro materiali pane ſumere, vel Lutheranorum teſtimonio, ſed pro eo pane qui de cœlo deſcendit, quem Chryſoſtomus & omnes veteres, iuxta DEI verbum, fatentur in Euchariſtia myſticè reuera frangi. Demùm, appellatur panis, quẽ frangimus, denominatione extrinſeca, ſi ad Chriſti corpus referatur, ſicut dicimus hominẽ ambulare ſexcẽta milliaria ſuper mare,

licet nauis tantùm proprio motu iter cō ficiat: ſic dicunt omnes, hominem occidiſſe, & enſem occidiſſe, aut iugulum amputaſſe. Ita corpus CHRISTI manet immobile per ſe, ac integrum, licet panis ſpecies frangantur & moueantur. Nō enim ſequitur, vocatur panis & frangitur, proinde eſt ſubſtantia panis materialis, quū carnem ſuam Chriſtus vocet panem, & dicat eam pro nobis frangi, quæ tamen non eſt ſubſtantia panis materialis. Sed ſemper eſt ſubſtantia panis materialis, quando ſine additione ponitur: nam quando aliquid ei additur determinans, tunc eſt panis non ſecundum naturam, ſed ſecundum cōuenientiam tantùm. Aggrediamur iterū iſtam nouam conſubſtantiationē panis & carnis, eo tormento quo vrgent nos Eccleſiæ aduerſarij, vt putant. Nō addendum verbis diuinis, nec minuendum: at veritas teſtatur apertè, antè acceptum fractumq; panem, ergo panis erat. Similiter ex eodem fonte emanat, eſſe benedi-

ctum,

ctum, ac verè illud corpus, quod pro nobis dabatur factum, quod in manibus tenebat, & porrigebat: Ergo verè tranſſubſtantiatio, vt etiã fatentur Cingliani omnes. Quamobrem nõ poſſum vnam veterum ſententiam inter multas intactam præterire, eſt enim vnius Epiſcopi Tridentini, ante. 1030. annos martyrio celeberrimi, pro Eccleſia, contra ſectarios Synodis legitimis reclamantes, & Papam cum Romana Eccleſia nihili facientes. *Sabellij & Arrij,* (ait Beatiſſ. Martyr, Præſulq; Tridentinus) *Manichæi & Fotini, Neſtorij & Eutychetis ſententiarum dogmata conferamus, quibus ita eos extitiſſe ſibi inuicem contrarios inuenimus, vt quod magis mirum ſit, eorum error veritati teſtimonium dicat, & incõſonæ perfidorum ſententiæ in vnum rectæ fidei modulum concinant, eorũq; certamina gignant noſtræ cauſſæ ac victoriæ triumphum. Sabellij enim perfidia, Arrij damnat errorem: rurſus Arriani dogmatis error, Sabellij impietatem excludit.* Hæc S. Martyr. Hinc

B. Vigilius Martyr & Epiſcopus Tridentin. lib. 2. contra Euth.

dat exemplum, dicens Arrium bene pronunciaſſe, quoniam cum Eccleſia tenuit vnam eſſentiam diuinam: malè autem, quia perſonas putauit inæquales. Sabellius verò piè cum Eccleſia docuit vnam perſonarum æqualitatem, perfidè autē, quia perſonarū trinitatem impugnauit. Quibus verbis graphicè depinxit noſtros Antagoniſtas. Nam Hæretici illi contra Chalcedonenſem ſynodum ſcripſerant, aduerſus D. Leonem. I. & Romanam Eccleſiam, erāt inter ſe diſſecti, ſententias tamen vnaquæque ſecta retinebat, quæ Eccleſiæ catholicum dogma apertè confirmabant. Iam imitemur S. Martyrem, & iungamus Aërij, Wiclefi, Lutheri, ac Caluini decreta, vt omnem Eccleſiæ fidem in tuto adhuc eſſe oſtendamus, eorumq́; dictis confirmari aduerſis. Pium credidêre Epiphan. & Auguſtinus, quòd Aërius nunquam ſacrificium Miſſæ pro viuis negauit, impium ac hæreticum, quia preces, aut diſpenſationem pro mortuis reiecit, iudicarūt

Epiph. 75. hær. Aug. hær. 53. Damaſcen. hær. 74.

om-

omnes Eccleſiæ veteres: eligat nunc æmulus noſter, quos ſequi mauult, an Aërium hæreticum veterum ſuffragio, an Chriſtianum Auguſtinum ſatis in ſcripturis cum Eccleſia exercitatum ſecundum Apoſtolicã traditionem ſuper prece pro mortuis. Wiclef non malè ſenſit cùm Eccleſia in Euchariſtia ſacrificium, quod negant Quadragenarij Euangeliſtæ. Bene affirmat Lutherus, verba cœnæ Dominicæ ad literã intelligenda: malè verò, quia tranſmutationẽ elementorũ negat, panem negans fieri Euchariſtiam ſecundum ſubſtantiam. Solidè & catholicè Zuinglius & Caluinus affirmant ex verbis Domini ad literam intellectis, ſpõte ſequi tranſſubſtantiationem, adorationem, & ſacrificium. Sic ergo Eccleſiæ fidem veſtra diſſenſione firmiſſimam concludo. Caluinates, Zuinglianiq́;, ad vnum omnes, aſſerunt cũ Eccleſia Romana & Catholica, ſeu cum vniuerſali Concilio Tridentino, verba Cœnæ Dominicæ ad literam intel-

Lutherus de captiuit. Babilon. tom. 2. anno. 1520.

Zuing. contra Luth. Caluin. de cœna. Heildeberg. contra conſubſtan. Lutheran.

intellecta, ſponte ac neceſſariò inferre tranſſubſtantiationẽ, vt Heſhuſius contra Caluinum teſtatur, pag. 50. ac. 51. At ſecundum Lutheranos propriè, & nõ metonymicè, ſymbolicè, metaphoricè, aut tranſlatitiè intelligũtur. Ergo ſpõte ex verbo DEI conſequentem tranſmutationem elementorũ in carnem & ſanguinem Domini, fit, vt credant Catholici Chriſtiani. Lubet adhuc hos Panificos, Bulingeros, ſeu Artopeos, vno & altero impetere tormẽto pro ſua panis ſubſtantia, quam ad aras & focos plebi ſine DEI verbo expreſſo dictitant: interim tamen delicatuli Prædicantes (ſi Diis placet) glorioſi Martyres nunquã ignẽ pro ea aut mortem ſponte obeunt: fugiunt enim, & deluſas plebes pro martyrio ſine ſenſu obiiciunt. Sed ſi Chriſti Martyres Lutherani, quid erunt Caluinates, aliud de ſuo verbo expreſſo credentes? Quid Anabaptiſtæ plus duplò de conſtantia, & Dei verbo gloriantes, licet ſint omnino ſtolidi? Iam inſtituo

Heshu. contra Cal. catuill. Magdeburg.

E ratio-

rationem ex ſubſtantia panis in Euchariſtia, quam fruſtrà contra Dei verbum tuentur aduerſarij, nam panis ſubſtantia eſt inuiſibilis ac per ſe inſenſibilis: ergo non eſt ſacramenti pars, quia oportet partem ſacramenti per ſe eſſe viſibilem ac ſenſibilem, vel eſſe rem ſacramenti, quod conuenit carni Chriſti tantùm, & non ſubſtantiæ panis. Præterea tunc ſi panis ſubſtãtia maneret, ſequeretur neceſſariò iſtud ſacramentũ triplici re, contra ſuam naturã, vt nobis tradidêre Irenæus & Auguſtinus, citati in veſtra Confeſſione in hunc finem contra Caluinũ. Primò, ſpecie elementorum viſibili, †retinente ſpeciem ſubſtantiæ corporalis, vt ait B. Cyprianus, non naturam, quoniam panis communis in carnem & ſanguinem mutatur, vt fiat caro Chriſti. Secundò, re duplici inuiſibili. ſ. ſubſtantia panis inuiſibili, & carne verbi etiam inuiſibili. Ea de re ſacramentum Lutheranorum nõ conſtat (vt ſtolidè putant) duplici re, ſicut docent S. Irenæus, Cypria-

†Species ſubſtãtiæ alimenti retinetur, nõ eius ſubiectiua natura, ſed tantũ operatoria exiſtentia.

Cyprian. de Cœna Domini.

prianus & Auguſtinus, ſed triplici rerũ exiſtentia: vna viſibili ac ſenſibili. ſ. accidentibus & operationib. naturalibus, quorũ eſſe, dicitur etiam à Philoſophis, *ſubſtantia, natura, & eſſentia, etiam vt vt Ariſtoteles ſpeculatur in Mathematicis & Metaphiſicis. Et ſic Origin. Theodor. & Gelaſ. loquuntur de ſubſtantia aut natura quæ remanet in Euchariſtia, quoniam non mutantur ſitu, aut natura in diuina Euchariſtia accidentia, & hoc eorum eſſe nõ inſulſè dicitur ſubſtantia. At quæſtio eſt, de natura & ſubſtantia indiuiduali ſubſtantiæ phyſices, quæ per ſe accidentibus ſubſiſtit, quam mutari ſatis oſtendit B. Gelaſius, dicens *Panẽ & vinum in diuinam tranſire ſpiritu ſancto perficiente ſubſtantiam, licet permaneant in proprietate naturæ, quoniam nõ deſinit eſſe panis & vini ſubſtantia.* At quomodo ſubſtantia panis manet in ſua propria ſubſtãtia proprietateq; naturæ, ſi tranſit in diuinam per operationẽ ſpiritus ſancti ſubſtantiam? Quis hîc nõ videt ſub-

Auguſtin. Irenæus.

**Eſſe rerum dicitur ſubſtantia ac natura, operationes etiam nomen ſumũt naturæ.*

1. Cor. 15. 50

Gelaſius lib. cõtra Eutyc. & Neſtor.

ſtantiam & naturam dupliciter accipi? Primò, vt eſt proprietas, accidens, ſeu naturalis operatio naturæ, & illa manet in Euchariſtia: ſed eſt ſubſtantia ſecundum quid, & non abſolutè, ſicut eſſe cuiuſuis accidentis ſecundum ſe, dicitur eius materia, ſubſtantia, & natura. At alia eſt ſubſtantia quæ ſubeſt accidentibus, & dicitur indiuidua & phyſica, & hanc dicit B. Gelaſius tranſire in diuinam carnem. Ita intelligunt Hiſichius, Origen. & Theodor. Aliàs ſibiipſis eſſent repugnantes, dicendo quòd tranſit panis ſubſtantia in carnem adorandam, & quòd manet. Tranſit ergo hæc ſubſtantia, quæ eſt accidentium ſubiectum phyſicum, in diuinam carnem, & non deſinit per annichilationem, quum ſuccedat ei diuina caro, eam non digeſtione, aut indigentia, vel ſucceſſione tranſmutans, ſed per abſumptionem in ſe demutans: ſicut Sol aquam, & corpus glorioſum cibum ſumens, aliter quàm terra abſorbẽs, aut homo manducans. Manet

Heſi. in leui. theod. dial. 2 Orig. i Mat.

Lege Aug. epiſ. 49. q. 1 Bedam ac Theophil. in Luc. 24.

autem hæc ſubſtantia, natura, vel materia, quæ dicitur eſſe naturale accidentiũ, ac operari eorũ, & hæc potius ad Metaphyſicũ pertinet. Vnde videmus Deum revera in hoc diuino ſacramento feciſſe ſummũ, quod homo in ſcientiis certiſſimis, à materia tamen abſtractis, apprehendit & ſpeculatur. Fallunt ergo aduerſarij, & falluntur, quum neſciunt hæc nomina, panis, ſubſtantia, & natura, ac materia, eſſe multiplicia, & variis modis ab omnibus Chriſtianis & profanis ſumi, imò & S. Apoſtolus vocat qualitates & accidentia carnis & ſanguinis, carnem ipſam & ſanguinem, licet reipſa non ſint caro & ſanguis, ſed tantùm accidentia carnis & ſanguinis. *1.cor.15.50* *2.cor.5.16.* *Hebr.5.7.*

SECTIO .VII.

VERVM ENIMVERO quia aduerſarij putant nos premere his locis Patrum, quibus nec credunt, & quorum ſenſum & mentẽ pro Eccleſia Dei eſſe, ex eorum verbis probauimus: quod & Theodoretus loco ab eis pro more ad-

Theodoret. dialog. 2. ducto expreſſè innuit, dicens *Subſtantiam quæ ob oculos ponitur, non mutari.* Quibus verbis, vel cæci palpare poſſunt, eum accipere ſubſtantiam pro natura ſenſibili accidentium, & non pro ſubſtantia phiſica, quæ ob oculos minimè ponitur: vnde ſicut in Chriſto latebat diuinitas & caro innocens ac diuina, ſub alienis accidentibus & corruptibilibus carnis peccati, ad faciendam redemptionem pro hominum infirmitate, (vt aiunt veteres Eccleſiæ Doctores.) Ita in Euchariſtia eſt caro verbi ſub alienis accidentib. panis & vini, pro viatico mortaliũ ex ſumma DEI clementia. Quòd ſi exemplũ Euchariſtiæ de duabus rebus, ſecundum duplicem ſubſtantiam eſſet, ſicut in perſona Chriſti exiſtentibus, vt contendũt quidam aduerſariorũ, ſequeretur Deum impanatũ, ob vnionem perſonalem cum pane, ſicut credimus incarnatũ, ob vnionem hipoſtaticam cum carne. Eſt propterea exemplum, vt docuimus, ſicut in Chriſto latebat diuinitas, & videbatur huma-

humanitas, ſecundum accidentia & operationes carnis peccati, vt ſunt ſitire, mori & pati, ita in Euchariſtia ſub alienis accidentibus exhibetur inuiſibilis Chriſti caro, quod Auguſtinus ad Proſp. cum Cypriano de Cœna Domini ſatis clarè indicat, Propterea ſicut in vnitate perſonæ erat operatio humana, & operatio diuina: ſic in vno ſacramēto ſunt operationes naturales panis & vini, & operationes cœleſtes carnis diuinæ, in vnitate naturæ. Exemplum enim eſt operationū Euchariſtiæ diuerſarum, ad operationes diuerſas perſonæ Chriſti: Item vnitatis perſonæ in Chriſto, ad vnitatē ſubſtantiæ in Sacramento. Quòd ſi in Euchariſtia eſſent variæ ſubſtantiæ per ſe ſubſtantes, vnum tantùm ſacramentaliter facientes, cum diuerſis operationibus vnicuique conuenientibus, nihil B. Gelaſius ac alij Patres probarunt cōtra Neſtorium, exemplo deſumpto ab Euchariſtia: quum Neſtorius vellet duas ſubſiſtentias, ſicut duas operationes, v-

Auguſtin. *Cyprian.*

Quomodo Euchariſtia cooperatur perſonæ Chriſti.

nione ſacramentali in perſona Chriſti: ſed Patres S. volebant duas operationes in Chriſto, ſicut in Euchariſtia: vnam perſonam in Domino Ieſu, ſicut erat vna natura ſubſiſtens in Euchariſtia. Item, nec concluderet cõtra Eutychen qui contendebat formam naturæ humanæ tranſiſſe in *diuinam ſubſtantiam, & Chriſtum carnem è *cœlo attuliſſe, quũ in Euchariſtia non tranſeat forma viſibilis panis & vini, ſed ſemper maneat.

Gelaſ. cõtra Eutych.
S. Vigil. epiſ. li. 3. cõtra Eutych.

Ideo ſic argumentabantur veteres contra Eutychen: Si ita eſt quòd in Euchariſtia, in qua ſubſtantia intrinſeca non manet, ſed tranſit in diuinã carnem, manet forma & operatio naturalis, multò magis in Chriſto forma humana manſit, etiam ſi humanitas in diuinitatem tranſiſſet, (quod tamen non legimus.) quoniam Euchariſtia eſt huius rei tantùm quædã imago. Vnde Gelaſius hunc Eutychetis errorem prius ſcripturis refutat, dicens: *Si ſubſtantia & forma hominis Ieſu Chriſti eſt transfuſione conſumpta,*

quis

quis eſt quem ad dextram vidit Stephanus? quis hominis filius eſt venturus iudicare viuos & mortuos? quis erit quem videbunt, in quem compunxerunt? quem vt hominem Deum clauſis ianuis conſtitiſſe diſcipulis affirmabunt? Inſuper alij contendebãt in Chriſto eſſe diuerſas perſonas, ſicut operationes. At Patres Sancti ſic arguebant: In Euchariſtia ſunt diuerſæ operationes rerum, ſubſiſtentias diuerſas per naturã conſequentes, & tamen non ſunt diuerſa aut duo ſuppoſita vel ſubiecta, vnde operatio diuerſa non arguit ſemper hypoſtaſin diſtinctam, quod euidenter aſſeuerat Sanctus Martyr Vigilius lib. 4. contra Eutych. dicens: *Sicut in vno homine diuerſas habent operationes caput & pedes, & tamen vnus eſt homo, nec alius in capite, nec alius in pedibus, ſic diuerſa ſunt opera verbi & carnis in Chriſto, nec tamen alius eſt in verbo, alius ĩ carne, ſed ex vtroq; idem eſt Chriſtus.* Demùm, alij contendebant, quòd ſicut ex corpore & anima fit aliquod tertium, quod dicitur homo,

quod eſt quoddam ſuppoſitum (vt loquuntur Philoſophi) quod non eſt corpus, nec anima, ſed quaſi aliquid aliud ex vnione conſurgens, ita in glorificatione naturæ humanæ aſſerebãt aliquod tertium conſurrexiſſe, quod iam nec humanũ ſecundum ſubſtantiã carnis eſſet, nec planè diuinum, ſed aliquod tertium ſuppoſitũ, ſicut ex vnione duorum metallorum fit aliquod mixtum ex vtroq;. At Patres ſic arguebant, Euchariſtia eſt quaſi quædam imagó vnionis hypoſtaticæ, & tamen licet mutetur ſubſtantia intrinſeca & ſingularis panis & vini in diuinam carnem, non tamen conſurgit aliqua tertia perſonalitas, ex carne & operationibus naturalibus. Ergo etiam ſi hæc mutatio eſſet humanitatis in diuinam, non ſequeretur hæc naturalium operationum diſtinctarum confuſio: ſicut nec ſequitur in Euchariſtia, licet mutatio Phiſicæ ſubſtantiæ interueniat.

Cæterùm, duo principia Eutichianorũ adhuc diſcutiamus. dicebant enim: Vni-

nica eſt natura, ſicut vnica operatio. At modò in cœlo operationē Chriſtus habet diuinam tantùm, ergo humanitas tranſiit in diuinitatem. Verùm Patres reclamabant, maiorem aſſerendo falſiſſimam, & id oſtendebāt ab exemplo Euchariſtiæ, in qua ſunt operationes naturales panis & vini, carnis & ſanguinis Domini, & tamen vna eſt tantùm hypoſtaſis ac ſubſiſtentia diuinæ carnis. Hinc non ſequitur, eſt vna natura, (vt effutiebant Eutychiani) ergo eſt vna operatio: quia in Euchariſtia ſunt duæ diuerſæ operationes, licet ſit tantùm vna ſubſiſtentia diuinæ carnis, quæ abſumpſit ſua virtute naturam ſubſiſtentē elementorum, in ſe eam demutans diuina virtute: ſicut poſt reſurrectionē, quando comedit, cibum abſumpſit, ac in ſe, quo modo vt voluit, demutauit. Vnde licet vna natura in aliam mutetur, nō tamen inde conſequitur vna operatio, vt fingebant Eutychiani. Præterea, ſicut accidentia in Euchariſtia & operationes

na-

naturales non concludunt naturam intrinſecam nõ tranſiſſe: ita ab oppoſitis, natura quæ tranſit non inferet vnam operationem, nec operatio neceſſariò inferet naturam, vt aſſerebant hæretici. Inſuper temerè alij affirmabant, quòd poſt aſcenſionem in Chriſto non erant accidentia naturalia, vt ſunt, eſſe mobile, contineri loco, ſitum habere, ordinatos habere geſtus, ordinẽ partium corporis, & ſimilia, quia natura humana in diuinam tranſierat. Sed Catholici opponebant, dicentes: Etiam dato quòd natura humana in diuinam tranſierit, nõ tamẽ ſequitur, Chriſto in cœlo exiſtenti nullas operationes naturales, aut humanam formam & viſibilem non ineſſe, quam poſt aſcenſionem conſpexerunt S. Stephanus & D. Paulus. Quinimò & in Euchariſtia, licet natura panis & vini ſubiectiua tranſierit, manent adhuc tamen etiam poſt conſecrationem operationes naturales, ſeu ſubſtãtia & forma, vt ait Theodoretus, quæ ob oculos po-

nitur, non mutantur, ita nec Chriſtus in cœlo. Vnde veteres iſtud conſtans argumentum opponebant de Euchariſtia, in qua ſubſtantia ſeu forma exterior, & operatio naturalis non mutatur, licet ſubſtantia interior mutetur in diuinam carnẽ: Ergo dato quòd Chriſto in cœlo ſic contigiſſet intrinſecè (quod nunquã legimus) naturam humanam in deicam tranſiſſe, non tamen ſequeretur ita factũ eſſe de forma humana & operationibus naturalibus, vt nugabantur Eutichiani.

SECTIO .VIII.

HOS Patrum locos paucis tractaui, vt cernerent Catholici, quãta frau de aduerſarij Eccleſiæ Doctorum abutantur ſententiis. Nam ſi Theodoreti vel minimi facerent authoritatem, Romanam Eccleſiam præ omnibus venerarentur: Sanctorum cœlicolarum Chriſtianum cultum cum Paganis & Hæreticis non contemnerent: Sacrificium Miſſæ propitiatorium (in Hiſtor. relig. cap. 20.) nõ nugarentur iniurium crucis ſacri-

Theodo. ad Renat. item ad Leonem.

De curat. affec. græc.

In Epiſtol. ad Heb.8. ſacrificio: Chriſtum in Euchariſtia credentes colerent venerarenturq́ue:(dialog.2.) non tam impudenter mentirentur alias Eccleſias Græciæ & Africæ non

In Gen.14 ac i Exo.12

fuiſſe ſubditas Romanæ Eccleſiæ : ſacrũ

De fab. Hær. Chriſma non reiicerent, cum Nouato: crederẽt Apoſtolicis traditionibus,nec hominum commenta eas eſſe perfricta fronte garrirent: non dubitarent an Eccleſiaſtica abſolutio hominis pœnitẽtis ſit ſacramentum : & quómodo plebs id ſcire poterit,quũ Prædicantum noua & mendaciſſima Miniſtrorũ,Anno.1567. confeſſio,id in dubium relinquat,inter quos Illyricus ſaltem nouiſſimum locũ tenet? Magnifecit Sanctorum reliquias

In hiſt. Eccl. & crucis ſignum Theodoretus,at noui extraordinarij vltimatesq́; Eliatiſtæ deliramenta Magica hæc eſſe certò ſtatuunt, contra totam veterem Eccleſiam, & maximè in iniuriam Diui Auguſtini. Quid S. Gelaſium in ſuis decretis, & in Concilio Romano referam,omnes ferè hæreſes Lutheranorũ apertè*(vt Eccle-

ſiæ

ſiæ vniuerſalis Paſtorem decebat)damnantem? Horum Sanctorũ teſtimonia (vt ad rem redeam)excuſſi breuiſſimè, quoniam Hæretici putant his nos premere,imò iactant plenis buccis hæc aduerſum nos, ad miſeram gentem deludendam. Duos ſubinde eadem arte alios nobis obiiciunt, Irenæum ſcilicet & Auguſtinum, quorum cenſa pia & catholica diligenter excuſſa, euertunt omnem Prædicantum ſpermologiam, fidemq́; Chriſtianam de tranſſubſtantiatione & ſacrificio firmiſſimè muniunt. *Sed & ſuis Diſcipulis* (ait Iren.lib.4.cap. 32.) *dans concilium primitias Deo offerre ex ſuis creaturis,non quaſi indigenti,ſed vt ipſi nec infructuoſi nec ingrati ſint,eum qui ex creatura panis eſt,accepit & gratias egit, dicens, Hoc eſt meum corpus. Et calicem ſimiliter,qui eſt ex ea creatura,quæ eſt ſecundum nos,ſuum ſanguinem confeſſus eſt. Et noui Teſtamenti nouam docuit oblationem,* Matth. 26 *quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiẽs in vniuerſo mundo offert Deo,ei qui alimenta nobis*

Euchariſtia offertur Deo.

bis præſtat primitias ſuorum munerum in nouo Teſtamẽto. De quo in duodecim Prophetis Malachias ſic præſignificauit: Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & ſacrificium de manibus veſtris non accipiam, quoniam ab ortu Solis
Malach. 1. *vſque ad occaſum, nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium purum, quoniam magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens. Manifeſtiſſimè ſignificans per hæc, quoniam prior quidem populus ceſſauit offerre Deo, omni autem loco ſacrificium Dei offertur, & hoc purum, nomen autem eius glorificatur in*
1. panis cum vino offertur. *gentibus*. Multa hîc Chriſtiana notat D. Martyr Irenæus aduerſum Flaccij paradoxa. Primò, ait Chriſtum tradidiſſe concilium offerendi panem & vi-
infra ſect. 9. num, ne ingrati & infructuoſi ſimus: quod ſeruatur in Miſſa ad offertorium, cuius oblationis verba ad id, quod in proximo erit oblatio, reſpiciunt, id eſt, ad corpus & ſanguinem, in quæ demutabi-

tabitur. Ea de re noui Prædicantes, qui id non faciunt, Chriſti concilium poſtponunt ſuis ineptiis, Eccleſiam primitiuam damnant, & S. Martyri nõ fidunt. *2. fit panis q̃d nõ erat, ergo tranſſubſtãtiatio.* Subinde addit Chriſtum confeſſum, panem ſuum eſſe corpus, & vinum, ſanguinem: non eſt confeſſus aliquid, quod nõ fuit: confeſſus eſt autẽ panem eſſe corpus, quod antè nõ erat: ergo panis percipiens vocationem Dei, factus eſt Euchariſtia. fuit ergo quod non erat, non ſecundum ſubſtantiam externam, quæ ſemper manſit, vnde conſequens eſt, fuiſſe ſecundum ſubſtantiam internã corpus Domini, id autem fieri per ſolam ſubſtantiarum mutationẽ reliquum eſt. Præterea, non canit, ſicut Prædicantes, *3. non dicit panis ſubſtãtiam cum carne.* panem eſſe cum carne, ſed panem confitetur cum Chriſto eſſe diuinũ corpus tantùm. Deinde addit contra Miſoliturgos, Chriſtũ verbis cœnæ noui teſtamenti, nouam docuiſſe oblationem, & *4. Miſſæ oblatio à Chriſto inſtituta & ab Apoſtolis tradita Eccleſiæ.* Eccleſiam ſic ab Apoſtolis accepiſſe, & Deo offerre Dei ſacrificium in vniuerſo

mundo. Ex quo aduerſarij deprætenditur ſuperba perfidia, qui ait veteres Eccleſiæ Patres aſſeruiſſe in cœna ſumptionem communionis & conſecrationem, & nō oblationem à Chriſto fuiſſe præſcriptam: & tamen hic Irenæus, ſanctior Luthero, vetuſtior Eliatiſtis, verior Illyrico, aſſerit in cœna Chriſtū noui teſtamenti nouam docuiſſe oblationem, & Eccleſiam Dei offerre Deo oblationem in toto mundo, ſicut ab Apoſtolis accepit. Vnde noui Antigraphei, qui ſumūt, & non offerunt Dei oblationem Deo in cœna, CHRISTI doctrinam peſſundant, ſuaſq; vanas traditiones, contra Chriſti inſtituta, dilatant, Eccleſiæ primitiuæ & Apoſtolicæ ſenſum flocci faciūt, ſuamq; perfidiam ſuperbè detortis ſcripturis fucant. Et illi demùm non offerentes Deo Dei ſacrificiū, vt ingrati & infructuoſi, de Eccleſia non ſunt. Cæterùm, impudentiſſimè mentiuntur, dicentes, Eucharistiæ oblationē, quam Miſſæ ſacrificium dicimus, nec noui teſtamenti ſcripturis, nec

5. Dei ſeu Chriſti oblatio ab Eccleſia offertur Deo in vniuerſo mundo

6 Lutherani non ſunt de Eccleſia, ſed īfructuoſi & ingrati ſunt.

nec veteris inſtrumenti teſtimoniis roborari, quum D. Irenæus hîc in cœna nouam noui teſtamenti inſtitutam à Chriſto oblationẽ Deo offerendam, non tantùm precum, aut panis, ſed ſacrificium purum cum incenſo orationis ſanctorũ, ſicut olim propheticè docuit S. Malachias, teſtetur. Et ita hunc locũ ſunt interpretati Iuſtinus, Martialis, Euſebius, Cyprianus, Auguſtinus, Theodoretus, Chryſoſtomus, Hieronymus, Damaſcenus, ac alij veteres Apoſtoliciq; viri nunquam negarunt ita debere intelligi. Poteſt ideo hoc in negotio Illyricus cum ſuis periculum facere, an ſit Atheos & inſanus: quoniam vel eo teſte in tertio argumento aduerſum nos, is eſt Atheus & inſanus, qui à communi ſenſu Eccleſiæ veteris ac Chriſtianæ in interpretatione ſcripturarũ recedit: hoc facit, qui hunc locum Malachiæ negat intelligendum de ſacrificio Euchariſtiæ, quod omnibus Legis ſacrificijs (vt ait Auguſt.) ſucceſſit. Concludat Illyricus ſe eſſe

7. Miſſæ oblatio in ſcripturis præſcribitur.

Iuſtin. Martial. Euſeb. Cæſ. Cyprian. Auguſtin. Theodor. Chryſoſt. Hieronym. Damaſcen.

Aug. Monachos iſtituit & ſuo ſæculo monachiſmus in toto orbe notiſs. lib.3.contra Petilian.ca. 40.tom.7.

quod dixit (vt eſt certò certius) vel neget quæ ſcripſit. Licet vtrum ſit Monachus, an fuerit, me lateat: Monachos tamen, ſanctum videlicet Hieronymum ac Auguſtinum, hîc ab eo contemni video. Nec, vt verboſus eſt ac mendax, Hieronymum ac Tertullianũ opponat, quoniam nõ negant hunc locum intelligendum de Euchariſtia, quem etiam ad ſacrificium laudis referunt. Primò, quoniam ſacrificium panis & vini, Leuitic.7. vocatum eſt Euchariſticum: & iſtud, in quo offertur panis qui de cœlo deſcendit, & vinum veræ vineæ ſorec, id eſt, electæ, multò magis dici debet laudis, cõfeſſionis, ac precum ſacrificium. Secundò, quia panis & vinum demutata ſunt in Euchariſtiam, ſeu gratiarũ actionem, quoniam Chriſtus, qui eſt ſubſtantia noſtræ gratiarum actionis, eſt etiam ſubſtantia ſacramẽti: hinc eſt quod iſtud dicitur non impropriè gratiarum actionis ſacrificium. Tertiò, ſic appellatur, quoniam in eo inſtanter Deum precamur,

ſacrific. laudis, ſeu ſubſtantia pro qua laudes cũ ea offerebantur. Leuit.7.

Caro Chriſti eſt Euchariſtia noſtra

mur, eiq́; orationes fundimus publicas pro omnibus: vnde in actibus Apoſtoli volunt huic muneri ſacro non deeſſe, ſicut nec verbi miniſterio. Et Euchariſtiæ oblationem vocatam eſſe orationē per antonomaſiam, confirmant Ambroſius, Chryſoſtomus, ac Auguſtinus, interpretantes. 1. Timo. 2. vnde non immeritò dicitur ſacrificium laudis. At per hoc velle negare ipſam oblationē, quæ eſt ſubſtantia gratiarum actionis, inſani eſt capitis, maius pro minori contemnentis, imò blaſphemantis. Act. 6. 4. Amb. Chry. ad Timoth. Aug. epi. 59

Alium locum ex Irenæo lib. 4. cap. 34. adducunt, ſic habentem: *Offerimus enim ei quæ ſunt* [+]*eius, congruenter prædicantes cõmunicationem & vnitatem carnis &* [*]*ſpiritus. Quemadmodum qui eſt à terra panis percipiens vocationem Dei, iam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia, ex duabus rebus conſtans, terrena & cœleſti.* Docet hic B. Antiſtes ſuo ſæculo oblata Deo q̃ erant eius. Sed quæ ſunt Dei per excellentiam, niſi caro & ſanguis Euchariſtiæ, Ire. li. 4. 34 caro Chriſti caro Dei dicitur, q̃a formata à ſpiritu ſctõ, qui Deus eſt, & vnita verbo, quod etiam Deus eſt. *Caro & ſanguis Chriſti ſunt primitiæ Deo offerendæ.

 quam

quam offerimus, imò & offerre indigemus? Subinde panis fit de cōmuni Euchariſtia per DEI verbum: ſi panis fit Euchariſtia, ſeu gratiarum actionis materia, ergo in eam mutatur, non ſecundùm ſubſtantiam, ſeu naturam externā, ac operationem, vt diximus: quoniam ſi ſecundum hoc mutaretur, ſacramentum non eſſet. Ideo panis, qui fit Euchariſtia, eſt caro diuina, quæ eſt ſubſtantia noſtræ gratiarum actionis: vnde ſubſtantia interior panis, quæ fit Eucha riſtia, demutatur in carnem diuinam. At panis Lutheranus, quū maneat idem ſecundum naturam internam ac externam, quomodo fit caro verbi, aut Euchariſtia? Bene illi poſſemus aſſerere carnem diuinam acceſſiſſe, ſed falſum eſſet eum effectum carnem. Demùm ait, Euchariſtiam duplici re certò conſtare. ſ. re terrena, quæ ſunt accidentia ac operationes naturales & ſenſibiles, ac re cœleſti, id eſt, carne verbi. Si autem maneret ſubſtantia panis, triplici re cōſtaret,

vt

vt paulò antè docuimus. ſ. carne Domini inuiſibili, ac ſubſtantia panis per ſe inſenſibili, & re viſibili ac ſenſibili, quæ eſt ſacramenti natura: vnde tres eſſent res, duæ inuiſibiles, & vna ſenſibilis ac viſibilis. Etenim ſi ſubſtantia panis maneret, quomodo dici poſſet reuera noui Teſtamenti oblatio, quum hæc ſacrificia panis ſcilicet & vini in veteri lege fuerint etiam cõmunia. Demùm, ſi orationes, aut panis tantùm offerantur, hæc omnia, omnes facere, non ſoli Apoſtoli, poterunt. Non eſt propterea nouum quod de ſubſtantiatione, & Euchariſtiæ ſacrificio credimus, vt balbutiunt noui vltimates Eliatiſtæ, omne quod reiiciũt, nouum ac Papiſticũ mentientes, etiam ſi ſit vetuſtiſſimũ. Sanctiſſimus hic Præſul alibi dicit: *Accipiens panem ſuum corpus confitebatur, & temperamentum calicis ſui ſanguinem confirmauit*. Profectò hac verborum forma exprimitur panis eſſe Dominicum corpus. At ſi manet ſecundum ſubſtantiã internam, ſicut perſtat

Supra ſect. 6

Libr. 4. cap. 57.

ſecundum externam, quomodo eſt effectus diuinum corpus? Credidit propterea cum Cypriano & Eccleſia, panẽ natura ſecundum ſubſtantiam mutari, non effigie ac naturali operatione, licet omnipotentia verbi fiat caro, tamẽ corporalis nutrimenti ſpeciem retinet. At aliud eſt retinere ſubſtantiam, aliud autem ſubſtantiæ ſpeciem. Quid ſit enim ſpecies & quomodo à rei ſubſtantia diſtinguatur, vel ex Porphirio docebuntur Lutherani Prædicantes, qui in rebus minimè ambiguis, ſpinoſis ſinibus elabi conantur. Ait deinde Calicem temperatum in primitiua Eccleſia B. Irenæus. Sed non ſolent rigidi Prædicantes temperare calicem, quoniam durum eſt aſſueta relinquere, & vinum temperatum guſtare, ſacrilegiumq́; illis eſſet, ſimiles eſſe Eccleſiæ catholicæ, & hoc eis exprobrarent Caluinates. Vno adhuc iſtius Galliarũ præclariſſimi Præſulis & Martyris teſtimonio nitar fratres noſtros reuocare, ſi adhuc ſanabiles manſerint, quia

Cypria. de cœ. domini

Porph. in init. p̄dica.

Iren. lib. 5 pag. 296.

quia hunc producũt in ſua nouitia Con
feſſione. *Quando ergo* (inquit) *& mixtus calix, & fractus panis percipit verbũ Dei, fit Euchariſtia corporis & ſanguinis Chriſti.* Nunc verò ex Lutheranis (vt ore ro
tundo reſpõdeant) quæro, quid panem vocent, ſeu quæ res in Euchariſtia eſt pa
nis? non dicent, ſcio, contra ſuum paradoxũ, eſſe operationes naturales ac effigiem, ſicut aſſerunt Catholici: tum quòd hoc non ſit aduerſariis panis, ſed tantùm interna ſubſtantia, quum, quia hæc externa ſubſtãtia non mutatur, nec fit Euchariſtia, ſed manet in ſua proprietate naturæ, ſeu naturali operatione: vnde panem eſſe internam ſubſtantiam, quam accidentium ſubiectum dicimus, fatebuntur confido. Hic autẽ pa
nis iam nõ eſt cõmunis, vt ait Irenæus, ſed factus eſt, non cum Euchariſtia, ſed Euchariſtia: non cum carne & ſanguine, ſed Euchariſtia carnis & ſanguinis. Ideo quum nõ mutetur nec exterius, nec interius, (vt fatentur) conſequens eſt, non

 effi-

effici corpus Chriſti Ieſu, quod eſt (vt vult D. Irenæus) contra ipſiusmet Chri ſti confeſſioné. Relinquitur ergo, quòd demutetur tantùm ſecundum internam ſubſtantiam, vnde infertur transſubſtan tiatio, vt Chriſti verbum locum habeat.

SECTIO .IX.

FINGVNT Lutherani, ſe nonnihil authoritatis tribuere Auguſtino, quod vtinam corde facerent, ſicut impudentiſſimè effutiunt. Sed ſcio eos tan tùm in his rebus credere Diabolis, quã tum Doctoribus in Apoſtolicis traditio nibus. Nihilo ſecius audiamus quid adducunt: *Infantes non nouerunt* (ait Auguſt.) *quod in altari ponitur, & peracta pietatis celebratione conſumitur, vnde vel quomodo conficiatur, vnde in vſum religionis aſſumatur. Et ſi nunquam diſcant experimento vel ſuo, vel aliorum, & nunquam illam ſpeciem rerum videant, niſi inter celebrationes ſacramentorum, quum offertur & datur, dicaturq́; illis authoritate grauiſſima cuius corpus & ſanguis ſit, nihil aliud credent,*

Aug. lib. 3. de Trinit. cap. 10.

Mat. 26.

dent, niſi omnino in illa ſpecie Dominum oculis apparuiſſe mortalium, & de latere tali percuſſo, liquorem illum omnino fluxiſſe. Et paulò antè: *Species peracto miniſterio tranſeunt, ſicut ſerpens aeneus factus in deſerto, & panis ad hoc factus in accipiendo ſacramento conſumitur. At quia haec hominibus nota ſunt, quia per homines fiunt, honorem tanquam religioſa habere poſſunt, ſtuporem tanquam mira non poſſunt.* Quae verba noſtra eſſe, ſi penitius inſpiciantur, nulli erit obſcurum. Primò dicit, infantes, ſeu Catechumenos, non noſſe, quod in altari ponitur, conſumitur, cōficitur, & aſſumitur. At ſi ſit panis ſubſtantia & vini, etiam caeci diiudicent guſtu & tactu: natura eos docuit ſubſtantiam conſumi: quomodo ergo neſciunt quod cōſumitur, ſi adhuc remaneat panis ſubſtantia? Non agnoſcunt autem quod panis conficitur diuinum corpus. Ignorant quod aſſumitur Diuina caro, & conſumuntur ſpecies & proprietates naturales, ſine panis ſubſtantia. Et nunquam

1. Non norunt.

2.Nunq̃ diſcunt experimento. quam diſcunt experimento ſuo vel aliorum, eſſe accidentia ſine ſubiecto quæ cõnſumentur,& carnem Chriſti eſſe inconſumptibilem, ſub alienis accidentibus conſumptibilibus. Nunquam illarũ rerum ſpeciem vident, niſi quum ſacramenta celebrantur: quod ſi intelligatur de ſpecie panis, quæ oſtendit ſubſtantiã panis, falſiſſimũ eſt, quoniam alibi eam non raro videre poſſent. Ideo nunquam eam ſpeciem rerum vident niſi in Eucha riſtia, in qua ſit operatio accidentium ſine ſubiecto, ſub qua præſens eſt diuinũ corpus, ſicut ait Auguſtinus, & dicitur Catechumenis authoritate grauiſſima eſſe corpus & ſanguinem Domini ſub illa ſpecie: non dicit, ſub illa ſubſtantia, vel cum illa, ſed profitetur huius rei ſubſtantiam eſſe diuinum corpus. Addit deinde, quòd aliquid tranſit in ſacramento peracto miniſterio, & panis ad hoc factus conſumitur. Et hæc per homines fiunt, vnde mira non ſunt, ſed religioſa tantùm. Tranſit enim ſpecies & operatio

3.Non videns alibi illam ſpeciẽ.

Matt.26.

Tranſit pacto myſt.

tio naturalis,paniſq; cōſumitur, quoad formam & naturalem actionem, ſed nō quoad ſubſtantiam internam, quæ per diuinam tranſſubſtantiationē erat antè mutata in diuinam carnem virtute verbi abſumentis. quod ſatis inſinuat, ſerpentem æneum adducendo, quem conſtat ſecundum formam & rem extrinſecam, & non ſecundum materiam internam, pòſt fuiſſe demutatam: ideo de forma externa & operatione naturali intelligit panem conſumi, & non de ſubſtantia interna, quæ antè erat demutata. Item, id quod fit ab hominibus conſumitur, quod ad ſubſtantiam rerum internarum qui referre vellet, nimis ſtolidus eſſet, quum homines internam ſubſtantiam non faciant: vnde neceſſum eſt admittere, terræ fructus, prece myſtica conſecratos, per operationē inuiſibilem ſpiritus ſancti eſſe non panem, ſed corpus Chriſti & ſanguinem, licet ſemper maneat panis ſpecies ac operatio. *Aug. lib. 3. cap. 4. de Trinit.*

Iam alium locum ex Auguſtino, quem no-

nobis obiiciunt, diſcutiamus. Eſt enim non adeò obſcurus & inuolutus, ſicut præcedens, quamobrem aduerſarij diu ſtare in acie vix poterunt.

Aug. ſerm. 28. de verb. Domini. *Memini ſermonis mei* (ait Auguſt.) *cùm de Sacramentis tractarem, dixi vobis, quòd ante verba Chriſti quod offertur, panis dicatur: vbi Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur. Quare ergo in oratione Dominica, quæ poſt ea ſequitur, ait Panem noſtrum. Panem quidem dixit, ſed Epiouſion dixit, hoc eſt ſuperſubſtantialem. Non iſte panis qui vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulſit.*

1. Panis offertur. Animaduertendum imprimis, quòd panis offertur, non hominibus, quia nondum eſt effectus diuinum corpus. Offertur ergo Deo, vt ſit immaculata hoſtia

Supra ſect. 8 carnis & ſanguinis Domini. Sic autem vocatur ante conſecrationem per anticipationem rei in proximo faciendæ, ſicut ſæpè loquuntur ſcripturæ de re certò facienda, quaſi de re iam facta: & imago re-

rerum, earum nomine non ſemel appellatur. Subinde ait, primò panem ante verba, quod de pane ſecundum internã ſubſtantiam intelligendum eſt, maximè Lutheranis: nam externa forma, quæ oculis conſpicitur, & operationes naturales ſenſibiles, non ſunt illis panes: ſed tantùm interna ſubſtantia, aut totũ compoſitum, vt ſuprà paulò antè docuimus. At exterior ſubſtantia, ſeu accidentium natura, & proprietas operationum naturalium, non mutatur, nec corpus dicitur: ſed tantùm res contenta ſub his rebus viſibilibus, diuina caro appellatur. Sed ſi ſit adhuc panis materialis ſubſtantia, nõ erit, nec iure dicetur, corpus Domini, quum non mutata ſit: ideo dicendum erat, Hoc eſt cum corpore meo, comedendo: vel, dicitur corpus cũ pane. & non eſſet verum, quod aſſerit Auguſt. cum Eccleſia, (quod abſit) illud quod dicebatur panis ante verba Chriſti, pòſt debere dici Dominicum corpus. Nam potius dicendum erat, Panis eſt cũ corpore

2. Panis dicitur corpus

pore

pore meo, ſeu Hæc ſubſtantia eſt cum carne mea. Tamē Chriſtus ait: Hoc eſt corpus meum. quod verum eſſe per diuinam mutationem ſupereſt tantùm. Poſt verba Chriſti corpus appellatur:

3. Corpus Domini.

ideo panis eſt corpus, ſicut dicitur. Certè ſi manet ſecundum internā ſubſtantiam, nō eſt corpus, ſed tantùm cum corpore.

In colloq. Mulbrun.

At hîc Lutherani (vt acutè illis obiiciūt Caluinates Palatini) verbo Dei carentes, Chriſtum cauponem, auenæ mercatorem, aromatarium, infantium nutritium, farmacopolamq; faciunt: quia caupo dicit, HOC eſt vinum Rhenenſe, dolium vini tantùm oſtendendo. HOC, auena pro equis. HOC, Barbariæ odoramentum. HOC, eſt infans tuus. HOC, eſt piper. HOC, eſt zinziber. HOC, eſt crocus. quando ſaecos, vaſa, & pixides demonſtrat.

Illy. in apol. cōtra Bezā anno. 1566. Demōſt. 28. pag. 151.

At hîc Illyricum in caupona diutius cauponari ſolitum, perſpicuum euadit ex loquendi genere. Quis enim niſi cauponius puellus diceret, pronomen HOC demōſtrare aliud bibendum, quàm vi-

vinum? Bibétne Illyricus dolium poſt vinum, aut dolium cum vino, ſicut ſe facere ſomniat in Euchariſtia? Quis diceret Hoc duas demonſtrare ſubſtantias? Quis, inquam, niſi cyathos ſorbillaſſet, aſſereret, Hoc demonſtrare dolium, ſeu dolij ſubſtantiam, ſicut Lutherani dicũt Hoc demonſtrare panẽ? Nónne hoc ſtolidum cenſeretur, dolium eſt vinũ? Hoc ergo non demonſtrat dolium, ſaccum, vas, cunas infantiles, aut pixides: ſed tantùm ſubſtantiam in genere, quã eſſe vinum, auenam, filium, piper, aut crocũ in prædicato declaramus: ſicut fecit Chriſtus, dicens, Hoc eſt corpus meum. Nec adhuc puto omnes Lutheranos adeò veræ Logices etiam naturalis expertes, aut ſenſus communis, vt putent, quum dicitur, Hoc eſt auena pro aſino, ſaccum eſſe auenam, aut eſſe ab aſino ſaccum edendum, vel eis demonſtratũ: nec emerent ſaccum aſinariæ auenæ, etiam ſi dicatur optima, niſi prius viderint. Quamobrem non ſaccũ ſibi oſtenſum per ſe, ſed tan-

tùm per accidens & remotè, conteſtantur vel facto ſuo: vnde videmus quàm eruditi ſint farmacopolæ, aſtutiq; mercatores. Præterea panis non eſt vas, vt ſunt ſaccus, modius, dolium, pixis, cunæ, & cætera id genus: ideo non poteſt eſſe ſimilis locutio in HOC eſt corpus meum, cum ea phraſi qua pronũciamus HOC eſt vinum. Demùm, aliæ orationes non ſunt ſacramentales & effectiuæ, ſicut iſta, HOC eſt corpus meũ. hinc inter eas propriè nihil demonſtratur ſimile.

4. *Nõ vadit in ventrem.* At qui his fidunt, q̃ longè ſint etiã ab eruditione naturali, nunc vel manibus tentant. Demùm, addit Auguſtinus, Euchariſtiam eſſe panem qui non vadit in ventrem. At ſi panis interior ſubſtantia manet in Euchariſtia, certum eſt in ventrem ire. Ergo oportet eſſe ibi panem qui-nõ vadat in ventrem: hic autem panis eſt Euchariſtia pro vtraq; ſui parte. Primò, licet caro Chriſti non in ventrẽ, ſicut cibi alij, vadat, vt digeratur: tamen dignè ſuſcepta, omnia hominis membra

pene-

penetrat, viuificat, mortē inde depellit, ſemenq́; æternæ reſurrectionis ſerit ſua ineffabili virtute. Panis etiam Euchariſtiæ non vadit in ventrem, quoad accidentium ſubiectum, quod per diuinam tranſſubſtantiationem eſt abſumptũ, ac in diuinam carnem demutatum. Nam ſpecies panis & vini, ac naturales operationes, quæ in ventrem vadunt, non ſunt panis quoad ſubſtantiam intrinſecam. Vnde euidentiſſimum eſt, veteres non impugnaſſe diuinam panis & vini tranſmutationem, in corpus & ſanguinem Domini, ſed firmiter aſſeruiſſe. S. Iuſtinus Apol. 2. ait: *Cibum per benedictionem verbi, eſſe carnem & ſanguinem Domini Ieſu incarnati; ſicut per verbum Dei incarnatus eſt Chriſtus*. At conſtat in incarnatione ſubſtantiam humanam virginis, inſtantanea mutatione, mutatã in aliam diuinam Verbi ſubſtantiam: ſanguinis enim virginalis mutatio in carnẽ veram & oſſa Chriſti, fuit ſubſtantialis, vnde & ea quæ eſt in Euchariſtia, ſi Iu- *Iuſti. apol. 2.*

ſtino S. credimus, eſt etiam ſubſtātialis.
Cypr.de coe. dom. 250. Cyprianus affirmat, *Panis effigiem non mutari, ſed naturam, fieriq́ verbi carnem.* Quod negant Lutherani ad vnū omnes contra fidem primitiuæ Eccleſiæ. Niſ-
Niſſenus An.374. ſenus Serm. de diuin. ſacram. ait: *Panem diuino verbo ſanctificatum in corpus Dei Verbi tranſmutari credimus.* Sed Lutheriſtæ credunt panem non mutari, ſed manere cum carne. Huic ſubſcribit Euſe-
Emeſſen. hom. paſ. An.382. bius Emeſſenus, dicēs; *Non eſſe mirum, ſi ad Dei potentiam referamus, quòd terrena, mortalia, primæq́ creaturæ in Chriſti ſubſtantiam tranſeunt, conuertit namque eam ſubſtantiam panis & vini diuina operatio in ſubſtantiam corporis Dominici.* At noui Eliatiſtæ negant veteres hoc dixiſſe. Sed omnes nunc eorum impudentiam arguere poſſunt, quū libri ſint noti, & omnium terantur manibus.
Chryſoſ. An.402. S. Chryſoſt. in Matth. Homil. 83. ait, *Nos Miniſtrorum locum tenere, ſed Chriſtum eſſe qui ſanctificat panem & vinum, ac tranſmutat: quamobrem non ſenſibus, ſed*

Chriſto dicenti eſſe ſuum corpus credendum eſt, quoniam ſenſus decipere poſſunt, non autem Dei verbum. Non diſſimilis eſt B. Cyrillus Hieroſolym. Catecheſ. 5. dicens: *Certiſſimũ eſſe hunc panem quem videmus non eſſe panem, etiam ſi guſtus dictitet, ſed eſſe corpus Chriſti. Et ſic vinũ eſſe ſanguinem. Et ſi ad nuptias corporales aquam in vinum mutauit, nunquid non mutat ad nuptias ſpirituales vinum in ſuum ſanguinem, quum vinum ſit ſanguini magis propinquum, quàm aqua vino?* Cyrillus Alexand. epiſtola ad Caloſyr. teſtatur, *Deum influere oblatis vim vitæ, & ea in veritatem propriæ carnis conuertere.* Euthimius Zizabõ. in. 26. cap. Matth. ſect. 64. circiter annum. 448. ait: *Deum ineffabiliter panem & vinum tranſmutare in ipſum viuificum ſuum corpus, & in precióſum ſanguinem.* Ambroſius apertè lib. 4. de ſacram. cap. 4. &. 5. ac lib. 5. & lib. 6. cap. 1. ait: *Panem fieri corpus Chriſti.* Et cap. 9. de his qui initiantur, ait: *Elementa mutari in id quod non erant.*

Cyr. Hier. An. 390.

Cyr. Alex. An. 430.

Euthimius An. 448.

Ambroſ. An. 390.

At aduerſarij Eccleſiæ aiunt panem manere, non fieri corpus Domini, nec mutari in aliud quod non eſſet. ſ. in diuinā carnem. Sed veteres Eccleſiæ Patres ſecundum hanc vocem, Hoc eſt corpus meum, affirmant, elementa panis & vini tranſire in corpus & ſanguinem Dominicum, ſicut nos omnes Catholici defendimus, ac credimus. Pudeat ergo hæreticos Patrum teſtimonia apertiſſima negare, aut corrumpere. Rogatos autem velim Chriſtianos Lectores, vt ipſimet Patrum locos perlegant, ac ſecum conferant, hinc cum opinione Lutheranorum, demùm cũ fide Catholica, vt ſciant qui nam ſint doctrinæ primitiuæ Eccleſiæ ſectatores.

SECTIO .X.

EX his arbitror Illyricum cernere, omnem Lutheri impanationē, ſeu ſi mauult, companationem, nihil cōmune cum verbo Dei & veteri Eccleſia habere, ſed eſſe traditionem hominis furioſi, quem vltimum Heliam eſſe impudentiſſi-

tiſſimè deprædicant ſua in Confeſſione anno.1567.tenelli prædicantes ſine expreſſo Dei verbo. Sic Manichei ſuũ Manem, Ieſu Chriſti Apoſtolum docuerũt. At non poſſunt noui Eliatiſtæ Germanici Lutherum pro Doctore (licet fuerit iræ impatiens) habere,niſi & vltimũ Eliam contra Dei verbum,aduerſus totam Eccleſiam deprædicent & annuncient. Ideo nõ immeritò tales peruerſos ſycophãtas Caluinus cenſet,qui temerè verbum Dei ſacrilega hac audacia commaculant, Lutherum rixoſum & impatientẽ,Eliam vocantes vltimum. O miſera plebs, quæ Apoſtatas, & non Prophetas colit! O hominum mente corruptorum amentiam, qui non verentur Lutherum aſſerere vltimum Eliam! Nõ eſt mentitus Malachias Propheta (ſicut iſti Pſeudoprophetæ) qui ait, Eliam venturum in perſona propria ad cõuertendos Iudæos. Et Dominus confirmat, dicens: Elias venturus eſt. quem de vero Elia conſtat intelligendum. Quomodo

Cal.admon. vltima cõtra weſtphãl.

Malach.4.5 Matth.17.11

ergo Lutherus eſt vltimus Elias? Auguſtinus.20.de ciuit.cap.29. Origenes & Chryſoſt.in Matth. Hieron.in Matth. & Malach. omneſque Eccleſiæ veteris Patres docent, Eliam Thesbiten in propria perſona venturum ante iudicium ſecundum iſtas ſcripturas: quomodo ergo rixoſus Lutherus (vt vult Bucerus) erit vltimus Elias? Eliam ab Antichriſto extinguendum cum Enoch ex Apocalyp.11.cap. legimus, vt ſunt interpretati Patres antiqui. Auguſt.tract.de Antichriſto, Proſper lib. de dimidio temporis, cap.14.&.15. Aretas Cappadociæ Epiſcopus in Apocal.cap.30.ac.31. Gloſſ.ordinar.ibidem, omnesq; alij veterẽs. Vnde nouorum Prædicantum ſuperba impudentia retunditur, qua ſua ſomnia pro Dei verbo feſtiuè atumnât. Rem apertius conferamus: Elias miracula fecit, Lutherus bella mundo inuexit. Elias caſtè vixit, Lutherus poſt votum, primam fidem irritans, cum Monacha ad mortem vſque eſt ſcortatus.

Auguſt. Origen. Chryſoſt. Hierony.

Buc. epiſt. cõtra Lut.

Auguſt.

Proſper.

Aretas.

Gloſ. ord. in apoc.11

Lutherus ad Eliam, aſinus ad lyram.

Elias

Elias ſucceſſionem ſacrificij & ſacerdotij in Hieruſalem nō damnauit, ſed Iſraëlis nouam religionem conſtanter arguit: Lutherus ſacrificij & ſacerdotij in Romana Eccleſia ſucceſſionem, vt potuit, ſuſtulit, relicta omnium veterum de hac re pia ſentētia, quatenus religionem nouam mundo inueheret. Elias in monte Carmelo ſolitarius Monachiſmum præhonorauit: Lutherus contrà primitiuæ Eccleſiæ imitationem audacter reiecit, damnauitque. Elias quadrageſimam vt potuit ieiunauit: Lutherus tale ieiunium ſuperſtitionē iudicauit. Lutherus ergo ſimilis Eliæ, ſicut Angelus Sathanæ Angelo lucis. Pudeat ergo iam Prædicātes Eliatiſtas Lutherum vel nominare tantùm, quū nihil cōmune cū Elia habuerit. Eliæ ſummi Dei zelus cordi erat, Luthero autem rixæ, iurgia, furiæ, dicacitasq́; , vt bene notant Bucerus & Caluinus. Elias occidetur ab Antichriſto, & reſurget: Lutherus autem, licet authore Diabolo furioſè Sanctiſſ. Rom. Pontificem *Apoc. 11.*

nomi-

nominarit Antichriſtũ, non tamen auſus eſt Romam proficiſci, vt iuſtas ſuæ pertinaciæ lueret pœnas, & ſcripturas Prophetarum impleret de vltimo Elia. Sed probè nouerat, ſe non reſurrecturũ poſt tres dies & dimidium, ſicut reſurgent Sancti Dei Prophetæ Enoch & Elias in Hieruſalem. Ex his concludere poſſunt noui Eliatiſtæ, quomodo Antielias fuit Lutherus: qui multorum corda ab eorũ legitimo Patre Rom. Pontifice, imò à vero Dei cultu, & legitimorum Paſtorum obedientia auertit, nec ad Deum verum verè conuertit, ſed ad ſua ſomnia adoranda. O vnus Elias vltimus Lutherus, qui omnibus hæreſibus præſentis ſæculi ianuam patefecit, qui omnem timorem à ſubditis erga proximos, falſa conſcientia, ſuſtulit, qui demùm omnia temerè conturbauit.

Verùm, conuictis mendacij Eliatiſtis, qui nõ verentur vel per humanã verecundiam ſcripturis abuti, & ſanctum Eliam ac Ioannẽ Baptiſtam ſua functione ſpoliare

liare, vt ſuũ Lutherũ ornent tantis titulis, ad plebeculã perniciosè deludendã: dicamus ſuorum teſtimonio qualis nam fuerit Lutherus, vel ex vno ſuo M. Bucero Dialog. ad Melanđh. vt interim Catholicorum, Caluiniq; teſtimonia omittam: *Lutherus meritò ab omnibus (inquit) acerbæ imperioſæq; dicacitatis arguitur, nec ſibi à quoquam patitur contradici. At ſi exigit ne quis vlla in re diſſentiat, probet ſe Deum eſſe. Sanè in explanandis & vertendis ſcripturis manifeſti, nec pauci ſunt eius lapſus.* Eant nunc cum ſuo Martino ij ſpinoſi Agaſones, & prædicent ſuũ Lutherum aniculis ſuis meretricibusq; ducem, vltimumq; Eliam. Verùm ad Auguſtini verba, vnde digreſſi ſumus, redeamus, vt ſciat aduerſarius an inuẽtores ſimus ſacrificij corporis & ſanguinis Domini. *Sanctus Iob quotidie* (ait B. Auguſtinus) *pro filiis offerebat ſacrificiũ, ne fortè aliquid vel in corde, vel in ſermone peccaſſent. Ergo tu audis quòd quotieſcunque offertur ſacrificium, mors Domini, reſurre-*

Bucerus dialog. ac epiſt. ad Melanđ.

S. Auguſtin. ſerm. 28. de verbis Dñi.

ctio Domini, eleuatio Domini ſignificetur, & remiſſio peccatorum, & panem illum vitæ noſtræ non aſſumis? Qui vulnus habet, medicinam quærit: vulnus eſt, quia ſub peccato ſumus: medicina eſt cæleſte & venerabile Sacramentum. Quibus verbis D. Auguſtinus teſtatur ſacrificiũ Euchariſtiæ, quotidie non ſolùm ſumendum & conficiendum, ſed etiam offerendum pro peccatis, ſicut Iob offerebat, quod ad laudes tantùm nequit referri. Subinde ait hac oblatione mortem, reſurrectionem, ac aſcentionem Domini, cum peccatorum remiſſione ſignificari, quoniam non poteſt offerri corpus mactatũ, niſi aliquando mortuum: non poteſt etiam offerri viuum, niſi reſurrexerit: nec quod aſcendit offertur, niſi aſcenderit: nec peccatorum remiſſio ſignificari, niſi ſemel ad ſufficientiam facta, nunc ad efficientiam inſumatur. Vnde Chriſti corpus, quod ad Altare offertur, viuum glorioſumq́; eſt, ac ſanguine viuificatum, non tamen offerimus ex verbo Domini, quatenus

Non tantũ ſumendum, ſed offerendũ

Nota.

viuum & glorioſum,ſed quia mactatum, & in cruce effuſus ſanguis:dicente Chriſto, Quod pro vobis tradetur, qui pro vobis funditur. Non ſunt leuia hac de re teſtimonia in Auguſtini libris, quos ſi legit diligenter Illyricus,impudentior eſt meretrice, negare, quod aſſerimus, ſacrificiũ Altaris,ſeu corporis & ſanguinis Domini. *In his precibus quas tibi fudimus* (ait Auguſtinus) *quum offerretur pro matre mea ſacrificiũ precij noſtri,haud fleui,quoniam memoriam ſui ad Altare fieri deſiderauit,vnde ſciebat ſanctam victimã diſpenſari.* Item epiſtola. 64. *Oblationes pro ſpiritibus dormientium,quas verè aliquid adiuuare *credendum eſt,ſuper ipſas memorias non ſint ſumptuoſæ.* Iterum cap. 110. Enchiridij ad Laurentium: *Non eſt †negandum defunctorũ animas pietate ſuorum viuentium releuari,quum pro illis ſacrificium Mediatoris* offertur,vel eleemoſynæ in Eccleſia fiunt. Sed eis hæc proſunt, qui quum viuerent,vt hæc ſibi poſtea prodeſſe poſſent meruerunt.* Præterea ad Paulinum

Aug.lib.9 cõfeſſ.ca.11. 12.ac 13. Tom.1.

Tom.2.

**nõ credunt aduerſarij.*

Tom.3.

†negant tamen aduerſarij.

**Sumunt aduerſarij, & non offerunt.*

Tom.4. linum de cura pro mort. agenda, cap. 1. *Vacare non poteſt,* (inquit) *quòd vniuerſa* †*Eccleſia pro defunctis ſupplicare conſueuit. In Machabeorum libris legimus oblatum pro mortuis ſacrificiũ. 2. Machab. 12. Sed & ſi nuſquã in ſcripturis veteribus legeretur, non parua* **eſt Eccleſiæ vniuerſæ authoritas, quæ hac in conſuetudine claret, vbi in precibus Sacerdotis, quæ Dño Deo ad Altare eius funduntur, locũ ſuum habet etiam cõmendatio mortuorũ.* Hinc cap. 18. eiuſdem libri. *Ad mortuos quorum curam gerimus, non peruenit, niſi quod pro eis ſiue altaris, ſiue orationum, ſiue eleemoſynarum ſacrificiis ſolemniter ſupplicamus, quamuis nõ omnibus proſint pro quibus fiunt, ſed his tantùm, quibus dum viuunt, vt proſint, cõparatur.* Vnde reſoluit lib. 21. de ciuit. Tom.5. Dei. cap. 25. 26. 27. quòd hæreticis, ſchiſmaticis, & criminoſè viuentibus, ſine magna pœnitentia, præſcripta eſt poſt mortem adiutorij ſpes ac ſacramẽtorum vis, relicta tantùm Chriſtianis pœnitentibus, vt illis etiam poſt mortem proſit. In-

†Vñ aduerſarij qui nõ ſupplicant, haud ſunt de Eccleſia catbolica.

*Nibili tamen eam ducunt aduerſarij.

Plura ſacrific.

Inſuper libro de Hæreſibus: *Aëriani ab Aërio* (inquit) *quondam ſunt nominati, qui quum eſſet Preſbyter, doluiſſe fertur, quòd Epiſcopus non potuit ordinari, & in Arrianorum hæreſin lapſus, propria quoq; dogmata addidiſſe nonnulla, dicens: Orare vel offerre pro mortuis oblationẽ non oportere, nec ſtatuta ſolemniter eſſe celebranda ieiunia, ſed quum quiſque voluerit ieiunandum, ne videatur eſſe ſub Lege.* Subinde libr. 1. de anima ad Renat. cap. 9. ait: *Sacrificia Sacerdotũ non eſſe offerenda pro non baptizatis, & pro his qui Chriſtiani nõ fuerunt: Quis enim offert corpus Chriſti, niſi pro his qui ſunt membra Chriſti?* Demùm, ne tædio ſim Illyrico, vnum locũ de Sacrificio ſalutari tantùm citabo ex Auguſtin. ſerm. 32. ſecundum alios. 34. de verbis Apoſtoli: *Pompa funeris, agmina exequiarum, ſumptuoſa ſepulturæ diligentia, monumentorũ opulenta conſtructio, viuorum ſunt qualiacunque ſolatia, nõ adiutoria mortuorum. Orationibus verò ſanctæ Eccleſiæ, & ſacrificio ſalutari, & eleemoſy-*

Aug. hæreſ. 53. tom. 6.

Auguſtinus tom. 7.

Tom. 10.

moſynis, quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt dubitandum mortuos adiuuari, vt cum eis miſericordius agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerunt. Hoc enim à Patribus traditum vniuerſa obſeruat Ecclesia, vt pro eis qui in corporis & ſanguinis Chriſti communione ſunt defuncti, quum ad ipſum ſacrificium loco ſuo cõmemorantur, oretur, ac pro illis quoque id offerri cõmemoretur. Cùm verò eorum commendendorũ cauſa opera miſericordiæ celebrantur, quis eis dubitet ſuffragari, pro quibus orationes Deo nõ inaniter allegantur? Non omnino ambigendum eſt, iſta prodeſſe defunctis, ſed talibus, qui ita vixerint ante mortem, vt poſſint eis hæc vtilia eſſe poſt mortẽ. Nam qui ſine fide, quæ per dilectionem operatur, eiusq; ſacramentis de corporibus exierunt, fruſtrà illis à ſuis impenduntur officia, cuius quum hîc eſſent, pignore caruerunt, vel nõ ſuſcipientes, vel in vacuum ſuſcipientes Dei gratiam, & ſibi non miſericordiam theſaurizantes, ſed iram. Non ergo mortuis noua merita cõparantur, cum pro eis boni aliquid

Nota Illyrice vniuerſalem eccleſiam id tenere.

Ambigunt aduerſarij

ſui

ſui impendunt, ſed eorum præcedentib. iſta conſequentia redduntur. Non enim dictum eſt niſi cùm hîc viuerẽt, vt eos aliquid adiuuarent, quũ hîc viuere deſtitiſſent. Et ideo iſtam quiſque vitam finiens, niſi quod meruit in ipſa, non poterit habere poſt ipſam. *tractat idem cap.110. ſui Enchirid. tom.3. ad laur.*
Hæc omnia Auguſtini verba, ex quibus colligere licet cõtra Illyrici ferream duritiem, Eccleſiæ vniuerſalis ac primitiuæ doctrinam, vſum, & fidem fuiſſe, Miſſam eſſe ſacrificium precij noſtri, mediatoris noſtri, victimã ſanctã, ſacrificium corporis & ſanguinis domini offerendum pro defunctis. Mentiuntur propterea impudentiſſimè, qui hanc non verentur recenter fabricatam aſſerere à Papis, ſic enim catholicos Epiſcopos appellant. Hanc fidem tenuit Cyprianus, ac docuit cum Eccleſia Aphricana epiſt. 17. apud Niuellium Lutetiæ Anno. 1564. S. Clemẽs auditor D. Petri, epiſt. 1. Dionyſ. Areopag. cap. 7. Eccl. Hierar. Chryſ. homil. 69. ad populum Antiochen. Athanaſ. Niſſenus, ac Damaſcen. in homiliis de *Epiſtola ad Furnenſ. lib.1. ep.9.*

dormientibus. Dicét ne refractarius, omnes reprobos, ac totã Eccleſiam aberraſſe, nec legiſſe epiſtolam ad Hebræos, aut lectam non intellexiſſe, intellectam non coluiſſe vt Dei verbum? Sciebat vtique Eccleſia, & adhuc nouit, vnà oblatione omnium peccata deleta, vt in cauſa, ſacrificio vniuerſali: Sed vnà probat efficientiam, qua inſumitur ſacrificium, quod erat ad ſufficientiam. Nam altaris oblatio non eſt eiuſdem reiteratio, ſed diſpenſatio, ac inſumptio ſufficientiſſimi ſacrificij.

SECTIO .XI.

IAM ſupereſt aliqua veterum teſtimonia adducere de ſacrificio altaris pro viuis, quo inſumitur in effectu ad ſalutẽ vniuſcuiuſque, quod conſummatũ fuit in cruce. Primò, Auguſtinus libr. 20. contra Fauſtum, cap. 18. ſcribit, Chriſtianos habere oblationẽ ſacroſanctam, qua celebrant memoriam ſacrificij peracti. *Hebræi in victimis pecorum* (inquit) *quas offerebant Deo, multis & variis modis*

Auguſt. aduerſus Fauſtum.

dis, ſicut re tanta dignum erat, prophetiam celebrabant futuræ victimæ, quam Chriſtus obtulit: vnde iam Chriſtiani peracti eiuſdem ſacrificij memoriam celebrant, ſacroſanctà oblatione, & participatione corporis & ſanguinis Chriſti. Non arbitror aduerſarios hîc poſſe tuta conſcientia contra Auguſtini & Eccleſiæ fidem diu conſiſtere. Nam apertè Auguſtinus aſſerit, eſſe oblationem corporis & ſanguinis Domini ſacroſanctam, ſicut & participationem. Illyricani verò tantùm participationem corporis & ſanguinis Domini ſine frõte tuentur veteres agnouiſſe. Subinde Auguſtinus cum Eccleſia tuetur nõ ſolùm eſſe memoriam peracti ſacrificij in cruce, ſed eſſe etiam ſacroſanctam oblationem corporis & ſanguinis Domini, hoc autem ab aduerſariis Eccleſiæ ſine pietate negatur. Eſt ergo memoria ſacrificij, ſed etiam oblatio ſacroſancta corporis & ſanguinis Domiri. Hanc fidem explicat idem Sanctus Pater Auguſtin. epiſtola. 59. q. 5. dicens: *Vouentur autem*

Aug. epiſt. ad Paulin. *omnia quæ Deo offeruntur, maximè ſancti altaris oblatio, quo ſacramento prædicatur noſtrum aliud votum, quo vouimus in Chriſto eſſe manſuros, vtiq; in compage corporis Chriſti.* Hæc Auguſtinus. Sed aduerſarij quomodo vouebunt oblationem Deo, qui altare non habent, nec ſacrificium? Hinc idem Auguſtinus ait, libr. 10. de Ciuit. cap. 20. *Per hoc & Sacerdos eſt (Chriſtus) ipſe offerens, ipſe & oblatio, cuius rei ſacramentum eſſe voluit Eccleſiæ ſa-*

Aug. de ciuit. dei. *crificium, cùm ipſius corporis ipſe ſit caput, & ipſius capitis ipſe ſit corpus, tam ipſa per ipſum, quàm ipſe per ipſam ſuetus offerri.* His verbis B. Auguſtinus teſtatur apertè Euchariſtiam eſſe ſacramentum & ſacrificium ab Eccleſia offerendum. Lutherani autem tantùm eſſe Sacramentum cõtendunt, nec ſacrificium offerendum admittunt. Præterea libr. 22. de Ciuit. cap. 8. ait: *Perrexit vnus (Preſbyterorum) obtulit ibi ſacrificiũ corporis Chriſti,*

Miſſa contra diabol. *orans quantum potuit, vt ceſſaret illa vexatio: Deo quoq; protinus miſerante, ceſſauit.*

His

His verbis apertiſſimè ſacrificium corporis Chriſti teſtatur Auguſtinus, cõtra aduerſarios id proteruè negantes. Profectò dicitur ſacrificium corporis & ſanguinis Domini, quia corpus & ſanguis Domini offeruntur. Dicitur memoria, quoniã memoria ibidem celebratur peracti ſacrificij: Sacrificium laudis, quoniam laudes in eo celebrãtur, ac gratiarum actiones: ſicut Leuit. 7. 12. illa hoſtia dicebatur laudis, quãdo aliquid cum gratiarum actione offerebatur, maximè panis & vinũ. Dicitur ſacrificium mediatoris, precij noſtri, ſacrificium panis & vini, quia panis & vinum ante tranſmutationem elementorum offeruntur, vt efficiantur panis qui dat vitam mundo, & vinum quod lætificat Deum & homines, Iudic. 9, vinum, inquam, vineæ ſorec. quæ elementa ibi offeruntur, non Martyribus, ſed Deo Martyrum, in memoriam Martyrum, vt ait idem Auguſtinus, 22. de ciuit. Dei, cap. 10. & lib. 20. cõtra Fauſtum, cap. 21. quos duos locos

Aug. 22. de imit. cap. 8. cõtra fauſtũ lib. 6. cap. 5.

Leo. 1. cõtra aduerſariũ Leg. & prophet. ca. 18

de fide ad petrum ca. 19.

poſtremos precor Lectorem diligenter reuoluere, quoniam eorum fit memoria à Sacerdote (teſte eodem Auguſtino) ad menſam, non vt pro eis oremus, ſicut pro aliis, ſed vt magis orent ipſi pro nobis, Deoq́ue gratias reddamus, & charitatem, qua nõ eſt maior, adimpleamus.

Aug. trac. 84 in Ioã. ac lib. 8. de ciuit. c. 27

Hanc de Sacrificio Euangelico fidem, Sanctiſſ. Gregorius, meritò ab Eccleſia Magnus appellatus, defendit ante mille annos, dicens lib. 4. dialogorũ, cap. 58. *Debemus itaque præſens ſæculum, vel quia iam conſpicimus defluxiſſe, tota mente contemnere, quotidiana Deo lachrymarum ſacrificia, quotidianas carnis eius & ſanguinis hoſtias immolare. Hæc namq; ſingulariter victima ab æterno interitu animas ſaluat, quæ illam nobis mortem vnigeniti per myſterium reparat: qui licet reſurgens à mortuis iam non moritur, & mors ei vltra non dominabitur, tamen in ſemetipſo immortaliter atq; incorruptibiliter viuens, pro nobis *iterum in hoc myſterio ſacræ oblationis immolatur.* Hinc homil. 37. in Euangelia:

Gre. Mag.

**Chriſtus dicitur immolari iterũ, q'a terrena itera tis vicibus demutatur in corpus ſemel immolatum.*

Sin-

Singulariter nanque ad abſolutionem noſtram, oblata cum lachrymis & benignitate mentis, ſacri altaris hoſtia ſuffragatur: quia is qui in ſe reſurgens à mortuis iam nõ moritur, adhuc per hanc in ſuo myſterio pro nobis iterum patitur: nam quoties ei ſuæ paßionis hoſtiam offerimus, toties nobis ad abſolutionem noſtram paßionem illius reparamus. Arbitror hîc Miſſæ ſacrificium apertiùs teſtatum, quàm quòd poſſit aliqua fraude diſſimulari. Ait namque Sanctiſſimus Gregorius, Euchariſtiam eſſe immolationem Chriſti myſticam, qua nobis iterum reparatur paſſionis beneficium ac meritum: non enim iterum meretur Chriſtus hac oblatione, ſed ſufficientiſſimum vnicumq́; ſuæ beatæ paſſionis beneficium, quod per peccatum amiſeramus, reparat hac oblatione myſtica & exſangui. Hanc profectò fidem profitentes S. Auguſtinus & Gregorius cum Eccleſia, nõ ex ignorantia ſcripturarum, ſed ex notiſſima ſcientia de Chriſti ſacrificio, cum Deo in æternum victuri

Chriſtus iterum patitur qa paſſionis beneficiũ nobis reparatur, ac ſi denuò ipſe pateretur.

 ḋturi

Ambroſius miſsâ dixit ante 1200 annos vel circiter.

ctauri, exultant. His B. Ambroſium adiungamus, vt reſipiſcant à ſua cæca ſuperbia aduerſarij noſtri. Inquit enim, Tom. 3. Epiſt. 33. libr. 5. *Ego tamen in munere manſi, Miſſam facere cœpi. Dum offero, raptum cognoui à populo Caſtulum quendam, quem Preſbyterum dicerent Arriani. hunc aũt in platea offenderant tranſeuntes. Amariſſimè flere & orare in ipſa oblatione Deum cœpi, vt ſubueniret, ne cuius ſanguis in cauſa Eccleſiæ fieret, certè vt meus ſanguis pro ſalute non ſolùm populi, ſed etiam pro ipſis impiis effunderetur.* Idem in Pſal. 38. tom. 4. ſcribit: *Vidimus Principem Sacerdotum ad nos venientem, vidimus & audiuimus offerentem pro nobis ſanguinẽ ſuum, ſequamur vt poſſumus, Sacerdotes, vt offeramus pro populo ſacrificiũ, etſi infirmi, meritò tamen honorabiles ſacrificio, quia etſi nunc Chriſtus non videtur offerre, tamen ipſe offertur in terris, quando Chriſti corpus offertur: imò ipſe offerre manifeſtatur in nobis, cuius ſermo ſanctificat ſacrificium quod offertur.* Demùm, in Euange-

Ambroſ. in Pſalm.

angel. Luc. de Angeli apparitione, ſub finem Tom. 5. cap. 1. *Vtinam quoq; nobis adolentibus altaria, ſacrificium deferentibus, aſſiſtat Angelus, imò præbeat ſe videndum. Non enim dubites Angelum aſſiſtere, quando Chriſtus aſſiſtit, quando Chriſtus immolatur: Etenim Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus.* hæc Ambroſius. Poſſunt nunc aduerſarij vel digito contingere fidem, quam profitemur de Miſſæ ſacrificio, nõ eſſe hominum nouum cõmentum, ſed Eccleſiæ doctrinam Chriſtianam, à doctiſſimis, veterrimis, ſanctiſſimisq; Patribus teſtimonium apertiſſimum habentem. Verumenimuerò, vt ſit Ezechielis quadriga, B. Hieronymi hac de re ſententiam proferam. *Vitulus ſaginatus* (Luc. 15. inquit Hieronymus, Tom. 3. Epiſt. ad Damaſum) *qui ad pœnitentiæ immolatur ſalutem, ipſe Saluator eſt, cuius quotidie carne paſcimur, cruore potamur. Et cœperunt epulari: Hoc conuiuium quotidie celebratur, quotidie Pater Filium recipit, ſemper Chriſtus credentibus immo-*

Ambroſ. in Lucam

Hierony. eodem mõ interp̃t.

Aug. tom. 4. li. 2. c. 33 qu. euãgel.

immolatur. Hinc aduerſus Vigilantium ſcribens, Tom. 2. ait: *Malefacit ergo Romanus Epiſcopus, qui ſuper mortuorum hominum Petri & Pauli, ſecundum nos oſſa veneranda, ſecũdum te vilem puluiſculum, offert Domino ſacrificia, & tumulos eorum Chriſti arbitratur altaria: & non ſolùm vnius vrbis, ſed totius orbis errãt Epiſcopi, qui cauponem Vigilantium contemnentes, ingrediuntur Baſilicas mortuorum.* Idem quæſt. 2. ad Hedibiam, ait: *Nec Moyſes dedit nobis panem verum, ſed Dominus Ieſus, ipſe conuiua & conuiuium, ipſe comedens, & qui comeditur, illius bibimus ſangüinem, & ſine ipſo potare non poſſumus: & quotidie in ſacrificiis eius de germine vitis veræ, & vineæ ſorec, quæ interpretatur electa, rubentia muſta calcamus, & nouum ex his vinum bibimus de regno Patris.*

Miſſa ſuper corpora ſctõrũ.

Hierony.

Paucis verbis, ſed tamen clariſſimis, arbitror veteris Eccleſiæ fidem de iugi ſacrificio explicaſſe: & quòd nihil noui nunc hac de re, contra Eccleſiæ dogma, Eccleſia Catholica credat, doceátve.

Licet

Licet aduerſarij dicant eſſe memoriam tantùm oblationis manducando & bibẽdo,veteres tamen ac pij Eccleſiæ primitiuæ Præſules memoriam ac communionem ſunt amplexi nobiſcũ, ſed quæ ſimul eſt & dicitur ſacroſancta oblatio corporis & ſangninis Domini, quæ in terris offeruntur, imò quæ per nos ipſe ſummus Sacerdos offert. vt aiunt Irenæus, Cyprianus, Auguſtinus, Ambroſius,alijq́ue ſancti Dei homines,quos vnico Chriſti ſacrificio detraxiſſe vel minima in parte,ſummæ eſſet blaſphemiæ. Quod ſi quis aſſeruerit, conſequẽs erit, vt ad perpetuas gehennæ flammas releget centurias ſanctiſſimorum Patrum: Imò totam Eccleſiam, quæ credidit, vt tanti Paſtores credebant, ſacrificio cruento nihil detractum iri, ſi quotidie incruento modo offerretur, ac fieret corpus mactatum à Sacerdotibus in Eccleſia, ad peccatorum expiationem: quum is modus offerendi non ſit iterare, ſed ſufficientiſſimam crucis oblationem in-

ſumere, ac diſpenſare, hac eadem oblatione incruenta.

SECTIO .XII.

POST quàm attigimus iſta verba, HOC eſt corpus meum, quod pro vobis datur: Nunc ſupereſt pertractare
Luc.22. iſta: Hoc facite in meam commemorationem. Multos curioſas ſui memorias reliquiſſe, nulli dubium eſt, quibus ſe patriæ Patres, Reiq; publicæ inſtauratores cunctis poſteris teſtarentur, & vt præterita beneficia in generationes æternas quaſi ob oculos reuocarent. Ea de re, triumphi, monumenta, columnæ, epitaphia, ludi, ſtatuæq; ſunt erectæ, vt abſentes, quaſi viuos ac præſentes, mortalibus reddant illuſtriores. Quod & Chriſtum Dominum diuino opere ſanxiſſe, nō eſt
Luc.22. ambigendum, quando ait, Hoc facite in meam commemorationem. Sed quid, bone Præceptor, feciſti, iubēs hoc etiam nos facere? Solus à Patre audiendus no-
Mat.17 bis es propoſitus: verba, ergo tua piis ſunt ignis cōſummās, illuminās, ac mal-

leus

leus conterens petras. Ais inquam, HOC facite. nõ autem, Sic facite, vt idem numero ſic faciendum nos doceas, ne arbitrētur homines varias eſſe oblationes. Verax enim quũ ſis, Domine Ieſu, imò ipſamet veritas, verbis tam claris haud nobis impoſuiſti: nam tete negare non potes, ſed quæcunq; voluiſti in cœlo & terra feciſti, ſicut canit Pſaltes: Dixit & facta ſunt, mandauit & creata ſunt. Dixiſti autem de ea re quam manibus portabas, HOC eſt ipſum corpus meũ, quod pro vobis datur, traditur, & frangitur. Feciſti ergo virtute verbi, ſpiritusque tui operatione, illam rem, eſſe hoc corpus vnicum tuum, quod pro nobis dabatur modo incruento, & dandum erat modo cruento in craſtinum. At facere hoc corpus, quod fuit datum in die Veneris ſancta, eſt illud mactare & immolare. fecit autem Chriſtus ſecundum potentiſſimum ſuum verbum, ſicut dixit, corpus mactatum in craſtinum: ergo re vera ſacrificauit in cœna. Nam facere homi-

Aug. ĩ Pſ. 33 cõcio. 1. ac. 2. Proſp de p̃dictio. part. 2. cap. 25.

Chriſtus in cœna obtulit crucis ſacrificiũ modo incruẽto

Aug. epiſt. ad Paulin.

omnia quæ Deo offeruntur, maximè ſancti altaris oblatio, quo ſacramento prædicatur noſtrum aliud votum, quo vouimus in Chriſto eſſe manſuros; vtiq; in compage corporis Chriſti. Hæc Auguſtinus. Sed aduerſarij quomodo vouebunt oblationem Deo, qui altare non habent, nec ſacrificium? Hinc idem Auguſtinus ait, libr. 10. de Ciuit. cap. 20. *Per hoc & Sacerdos eſt (Chriſtus) ipſe offerens, ipſe & oblatio, cuius rei ſacramentum eſſe voluit Eccleſiæ ſacrificium, cùm ipſius corporis ipſe ſit caput, & ipſius capitis ipſe ſit corpus, tam ipſa per ipſum, quàm ipſe per ipſam ſuetus offerri.*

Aug. de ciuit. dei.

His verbis B. Auguſtinus teſtatur apertè Euchariſtiam eſſe ſacramentum & ſacrificium ab Eccleſia offerendum. Lutherani autem tantùm eſſe Sacramentum cõtendunt, nec ſacrificium offerendum admittunt. Præterea libr. 22. de Ciuit. cap. 8. ait: *Perrexit vnus (Preſbyterorum) obtulit ibi ſacrificiũ corporis Chriſti, orans quantum potuit, vt ceſſaret illa vexatio: Deo quoq; protinus miſerante, ceſſauit.*

Miſſa contra diabol.

His

His verbis apertiſſimè ſacrificium corporis Christi teſtatur Auguſtinus, cõtra aduerſarios id proteruè negantes. Profectò dicitur ſacrificium corporis & ſanguinis Domini, quia corpus & ſanguis Domini offeruntur. Dicitur memoria, quoniã memoria ibidem celebratur peracti ſacrificij: Sacrificium laudis, quoniam laudes in eo celebrãtur, ac gratiarum actiones: ſicut Leuit. 7. 12. illa hoſtia dicebatur laudis, quãdo aliquid cum gratiarum actione offerebatur, maximè panis & vinũ. Dicitur ſacrificium mediatoris, precij noſtri, ſacrificium panis & vini, quia panis & vinum ante tranſmutationem elementorum offeruntur, vt efficiantur panis qui dat vitam mundo, & vinum quod lætificat Deum & homines, Iudic. 9, vinum, inquam, vineæ ſorec. quæ elementa ibi offeruntur, non Martyribus, ſed Deo Martyrum, in memoriam Martyrum, vt ait idem Auguſtinus, 22. de ciuit. Dei, cap. 10. & lib. 20. cõtra Fauſtum, cap. 21. quos duos locos

Aug. 22. de ciuit. cap. 8. cõtra fauſtũ lib. 6. cap. 5.

Leo. 1. cõtra aduerſariũ Leg. & prophet. ca. 18

de fide ad petrum ca. 19.

Aug. epiſt. ad Paulin. *omnia quæ Deo offeruntur, maximè ſancti altaris oblatio, quo ſacramento prædicatur noſtrum aliud votum, quo vouimus in Chriſto eſſe manſuros; vtiq; in compage corporis Chriſti.* Hæc Auguſtinus. Sed aduerſarij quomodo vouebunt oblationem Deo, qui altare non habent, nec ſacrificium? Hinc idem Auguſtinus ait, libr. 10. de Ciuit. cap. 20. *Per hoc & Sacerdos eſt (Chriſtus) ipſe offerens, ipſe & oblatio, cuius rei ſacramentum eſſe voluit Eccleſiæ ſacrificium, cùm ipſius corporis ipſe ſit caput,* Aug. de ciuit. dei. *& ipſius capitis ipſe ſit corpus, tam ipſa per ipſum, quàm ipſe per ipſam ſuetus offerri.* His verbis B. Auguſtinus teſtatur apertè Euchariſtiam eſſe ſacramentum & ſacrificium ab Eccleſia offerendum. Lutherani autem tantùm eſſe Sacramentum cõtendunt, nec ſacrificium offerendum admittunt. Præterea libr. 22. de Ciuit. cap. 8. ait: *Perrexit vnus (Preſbyterorum) obtulit ibi ſacrificiũ corporis Chriſti,* Miſſa contra diabol. *orans quantum potuit, vt ceſſaret illa vexatio: Deo quoq; protinus miſerante, ceſſauit.*

His

His verbis apertiſſimè ſacrificium corporis Chriſti teſtatur Auguſtinus, cōtra aduerſarios id proteruè negantes. Profectò dicitur ſacrificium corporis & ſanguinis Domini, quia corpus & ſanguis Domini offeruntur. Dicitur memoria, quoniā memoria ibidem celebratur peracti ſacrificij: Sacrificium laudis, quoniam laudes in eo celebrātur, ac gratiarum actiones: ſicut Leuit. 7. 12. illa hoſtia dicebatur laudis, quādo aliquid cum gratiarum actione offerebatur, maximè panis & vinū. Dicitur ſacrificium mediatoris, precij noſtri, ſacrificium panis & vini, quia panis & vinum ante tranſmutationem elementorum offeruntur, vt efficiantur panis qui dat vitam mundo, & vinum quod lætificat Deum & homines, Iudic. 9, vinum, inquam, vineæ ſorec. quæ elementa ibi offeruntur, non Martyribus, ſed Deo Martyrum, in memoriam Martyrum, vt ait idem Auguſtinus, 22. de ciuit. Dei, cap. 10. & lib. 20. cōtra Fauſtum, cap. 21. quos duos locos

Aug. 22. de imit. cap. 8. cōtra fauſtū lib. 6. cap. 5.

Leo. 1. cōtra aduerſariū Leg. & propphet. ca. 18

de fide ad petrum ca. 19.

poſtremos precor Lectorem diligenter reuoluere, quoniam eorum fit memoria à Sacerdote (teſte eodem Auguſtino) ad menſam, non vt pro eis oremus, ſicut pro aliis, ſed vt magis orent ipſi pro nobis, Deoque gratias reddamus, & charitatem, qua nō eſt maior, adimpleamus.

Aug. trac. 84 in Ioā. ac lib. 8. de ciuit. c. 27

Hanc de Sacrificio Euangelico fidem, Sanctiſſ. Gregorius, meritò ab Eccleſia Magnus appellatus, defendit ante mille annos, dicens lib. 4. dialogorū, cap. 58.

Gre. Mag.

*Debemus itaque præſens ſæculum, vel quia iam conſpicimus defluxiſſe, tota mente contemnere, quotidiana Deo lachrymarum ſacrificia, quotidianas carnis eius & ſanguinis hoſtias immolare. Hæc namq; ſingulariter victima ab æterno interitu animas ſaluat, quæ illam nobis mortem vnigeniti per myſterium reparat: qui licet reſurgens à mortuis iam non moritur, & mors ei vltra non dominabitur, tamen in ſemetipſo immortaliter atq; incorruptibiliter viuens, pro nobis *iterum in hoc myſterio ſacræ oblationis immolatur.* Hinc homil. 37. in Euangelia:

**Chriſtus dicitur immolari iterū, q͞a terrena itera tis vicibus demutatur in corpus ſemel immolatum.*

Sin-

Singulariter nanque ad abſolutionem noſtram, oblata cum lachrymis & benignitate mentis, ſacri altaris hoſtia ſuffragatur: quia is qui in ſe reſurgens à mortuis iam nõ moritur, adhuc per hanc in ſuo myſterio pro nobis iterum patitur: nam quoties ei ſuæ paßionis hoſtiam offerimus, toties nobis ad abſolutionem noſtram paßionem illius repa ramus. Arbitror hîc Miſſæ ſacrificium apertiùs teſtatum, quàm quòd poſſit aliqua fraude diſſimulari. Ait namque San ctiſſimus Gregorius, Euchariſtiam eſſe immolationem Chriſti myſticam, qua nobis iterum reparatur paſſionis beneficium ac meritum: non enim iterum meretur Chriſtus hac oblatione, ſed ſufficientiſſimum vnicumq́; ſuæ beatæ paſſionis beneficium, quod per peccatum amiſeramus, reparat hac oblatione myſtica & exſangui. Hanc profectò fidem profitentes S. Auguſtinus & Gregorius cum Eccleſia, nõ ex ignorantia ſcripturarum, ſed ex notiſſima ſcientia de Chriſti ſacrificio, cum Deo in æternum vi-

Chriſtus iterum patitur qa paſſionis beneficiũ nobis reparatur, ac ſi denuò ipſe pateretur.

Ambroſius miſsā dixit ante 1200 annos vel circiter.

cturi, exultant. His B. Ambroſium adiungamus, vt reſipiſcant á ſua cæca ſuperbia aduerſarij noſtri. Inquit enim, Tom. 3. Epiſt. 33. libr. 5. *Ego támen in munere manſi, Miſſam facere cœpi. Dum offero, raptum cognoui à populo (Caſtulum quendam, quem Preſbyterum dicerent Arriani. hunc aūt in platea offenderant tranſeuntes. Amariſſimè flere & orare in ipſa oblatione Deum cœpi, vt ſubueniret, ne cuius ſanguis in cauſa Eccleſiæ fieret, certè vt meus ſanguis pro ſalute non ſolùm populi, ſed etiam pro ipſis impiis effunderetur.*

Ambroſ. in Pſalm.

Idem in Pſal. 38. tom. 4. ſcribit: *Vidimus Principem Sacerdotum ad nos venientem, vidimus & audiuimus offerentem pro nobis ſanguinē ſuum, ſequamur vt poſſumus, Sacerdotes, vt offeramus pro populo ſacrificiū, etſi infirmi, meritò tamen honorabiles ſacrificio, quia etſi nunc Chriſtus non videtur offerre, tamen ipſe offertur in terris, quando Chriſti corpus offertur: imò ipſe offerre manifeſtatur in nobis, cuius ſermo ſanctificat ſacrificium quod offertur.* Demùm, in Euange-

angel. Luc. de Angeli apparitione, ſub finem Tom. 5. cap. 1. *Vtinam quoq; nobis adolentibus altaria, ſacrificium deferentibus, aſſiſtat Angelus, imò præbeat ſe videndum. Non enim dubites Angelum aſſiſtere, quando Chriſtus aſſiſtit, quando Chriſtus immolatur: Etenim Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus.* hæc Ambroſius. Poſſunt nunc aduerſarij vel digito contingere fidem, quam profitemur de Miſſæ ſacrificio, nõ eſſe hominum nouum cõmentum, ſed Eccleſiæ doctrinam Chriſtianam, à doctiſſimis, veterrimis, ſanctiſſimisq; Patribus teſtimonium apertiſſimum habentem. Verumenimuerò, vt ſit Ezechielis quadriga, B. Hieronymi hac de re ſententiam proferam. *Vitulus ſaginatus* (Luc. 15. inquit Hieronymus, Tom. 3. Epiſt. ad Damaſum) *qui ad pœnitentiæ immolatur ſalutem, ipſe Saluator eſt, cuius quotidie carne paſcimur, cruore potamur. Et cœperunt epulari: Hoc conuiuium quotidie celebratur, quotidie Pater Filium recipit, ſemper Chriſtus credentibus* immo-

Ambroſ. in Lucam

Hierony. eodem mõ interp̃t.

Aug. tom. 4. li. 2. c. 33 qu. euãgel.

immolatur. Hinc aduerſus Vigilantium ſcribens, Tom. 2. ait: *Malefacit ergo Romanus Epiſcopus, qui ſuper mortuorum hominum Petri & Pauli, ſecundum nos oſſa veneranda, ſecũdum te vilem puluiſculum, offert Domino ſacrificia, & tumulos eorum Christi arbitratur altaria: & non ſolùm vnius vrbis, ſed totius orbis errãt Epiſcopi, qui cauponem Vigilantium contemnentes, ingrediuntur Baſilicas mortuorum.* Idem quæſt. 2. ad Hedibiam, ait: *Nec Moyſes dedit nobis panem verum, ſed Dominus Ieſus, ipſe conuiua & conuiuium, ipſe comedens, & qui comeditur, illius bibimus ſanguinem, & ſine ipſo potare non poſſumus: & quotidie in ſacrificiis eius de germine vitis veræ, & vineæ ſorec, quæ interpretatur electa, rubentia muſta calcamus, & nouum ex his vinum bibimus de regno Patris.*

Miſſa ſuper corpora ſctõrũ.

Hierony.

Paucis verbis, ſed tamen clariſſimis, arbitror veteris Eccleſiæ fidem de iugi ſacrificio explicaſſe: & quòd nihil noui nunc hac de re, contra Eccleſiæ dogma, Eccleſia Catholica credat, doceátve.

Licet

Licet aduerſarij dicant eſſe memoriam tantùm oblationis manducando & bibeñdo, veteres tamen ac pij Eccleſiæ primitiuæ Præſules memoriam ac communionem ſunt amplexi nobiſcũ, ſed quæ ſimul eſt & dicitur ſacroſancta oblatio corporis & ſangninis Domini, quæ in terris offeruntur, imò quæ per nos ipſe ſummus Sacerdos offert. vt aiunt Irenæus, Cyprianus, Auguſtinus, Ambroſius, alijq́ue ſancti Dei homines, quos vnico Chriſti ſacrificio detraxiſſe vel minima in parte, ſummæ eſſet blaſphemiæ. Quod ſi quis aſſeruerit, conſequẽs erit, vt ad perpetuas gehennæ flammas releget centurias ſanctiſſimorum Patrum: Imò totam Eccleſiam, quæ credidit, vt tanti Paſtores credebant, ſacrificio cruento nihil detractum iri, ſi quotidie incruento modo offerretur, ac fieret corpus mactatum à Sacerdotibus in Eccleſia, ad peccatorum expiationem: quum is modus offerendi non ſit iterare, ſed ſufficientiſſimam crucis oblationem in-

ſumere, ac diſpenſare, hac eadem oblatione incruenta.

SECTIO .XII.

POST quàm attigimus iſta verba, HOC eſt corpus meum, quod pro vobis datur: Nunc ſupereſt pertractare
Luc.22. iſta: Hoc facite in meam commemorationem. Multos curioſas ſui memorias reliquiſſe, nulli dubium eſt, quibus ſe patriæ Patres, Reiq́; publicæ inſtauratores cunctis poſteris teſtarentur, & vt præterita beneficia in generationes æternas quaſi ob oculos reuocarent. Ea de re, triumphi, monumenta, columnæ, epitaphia, ludi, ſtatuæq́; ſunt erectæ, vt abſentes, quaſi viuos ac præſentes, mortalibus reddant illuſtriores. Quod & Chriſtum Dominum diuino opere ſanxiſſe, nō eſt
Luc.22. ambigendum, quando ait, HOC facite in meam commemorationem. Sed quid, bone Præceptor, feciſti, iubēs hoc etiam nos facere? Solus à Patre audiendus no-
Mat.17 bis es propoſitus: verba ergo tua piis ſunt ignis cōſummās, illuminās, ac mal-

leus

leus conterens petras. Ais inquam, HOC facite. nõ autem, Sic facite, vt idem numero ſic faciendum nos doceas, ne arbitrẽtur homines varias eſſe oblationes. Verax enim quũ ſis, Domine Ieſu, imò ipſamet veritas, verbis tam claris haud nobis impoſuiſti: nam tete negare non potes, ſed quæcunq; voluiſti in cœlo & terra feciſti, ſicut canit Pſaltes: Dixit & facta ſunt, mandauit & creata ſunt. Dixiſti autem de ea re quam manibus portabas, HOC eſt ipſum corpus meũ, quod pro vobis datur, traditur, & frangitur. Feciſti ergo virtute verbi, ſpiritusque tui operatione, illam rem, eſſe hoc corpus vnicum tuum, quod pro nobis dabatur modo incruento, & dandum erat modo cruento in craſtinum. At facere hoc corpus, quod fuit datum in die Veneris ſancta, eſt illud mactare & immolare. fecit autem Chriſtus ſecundum potentiſſimum ſuum verbum, ſicut dixit, corpus mactatum in craſtinum: ergo re vera ſacrificauit in cœna. Nam facere homi-

Aug. ĩ Pſ. 33 cõcio. 1. ac. 2. Proſp de p̃dictio. part. 2. cap. 25.

Chriſtus in cœna obtulit crucis ſacrificiũ modo incruẽto

hominem mortuum, eſt occidere: conſcientiam facere pollutam, eſt polluere: facere agnum oblatum, eſt offerre: facere oblationem, ſeu rem oblatam, eſt offerre. Chriſtus autem in cœna ſecũdum ſuum expreſſiſſimum verbum fecit hoc ipſum corpus ſuum, quod fuit traditum in craſtinum, fractum virgis, & datum in precium pro nobis. Vnde neceſſariò ſequitur, quòd myſticè immolauit. Nõ enim fecit illud ipſum ſuum corpus, quia viuũ aut ſedens in menſa, ſed quatenus pro nobis traditum, fractum, ac datum eſt. Eſt enim Hebræis hoc dicendi genus familiare, phraſiſq; omnium notiſſima, vt *Poſt biduum Paſcha fiet*. Matth. 26. 2. quod Marcus ait, *Paſcha immolari*. cap. 14. 12. Lucas verò, *Occidi paſcha*. Lu. 22. 7. Quis ergo non videt, hoc verbum facere, quum ad ſacras ceremonias trahitur, determinari, vt ſignificet cõſecrare, immolare, & ſumere? Vnde Numer. 28. verſ. 4. 8. ac. 15. *Agnum vnum facies manè, & agnum alterum facies inter duas veſperas*

Facere paſcha, eſt immolare.

Facere corpus.

Facere agnum.

ras: facies oblationem ignitam, hircus vnus pro peccato Domino ſuper holocauſtum iuge fiet. Certè niſi quis Tireſia cæcior ſit, aut Protheo mutabilior, non negabit iſtas eſſe in religione diuina ac ſcripturis æquipolentes propoſitiones, Facere agnũ pro populo, facere corpus traditum pro nobis, facere paſcha, immolare, conſecrare, ac mãducare paſcha. Itaq; quum facere ad ſacra vſurpatur, hæc tria ſignificat, vt totam Eccleſiam agentẽ demonſtrat: Immolare enim, ac conſecrare, & ſumere, ad Sacerdotes: vt autem facere ſignificat tantùm ſumere, populo propriè conuenit. Vnde Apoſtolus. 1. Corinth. 11. plebeiam actionem vrget, ſed ſuppoſita actione Eccleſiaſtica Miniſtri, quæ neceſſariò præcedit. Immolat enim plebs, ac cõſecrat, non per ſe, ſed per Sacerdotes. Ideo dictum eſt Eccleſiis, facite hoc in mei commemorationẽ. Cuius actionis mandatũ vt toti cõmunitati cõuenit, ſumptionẽ deſignat cõmunem ac cõuenientem: vt autem hoc mandatum

Fiet hircus.
Fiet paſcha.

ad Paſtores dirigitur, oblationem per ſe inuoluit. Quòd ſi plebi & miniſtris ex æquo conueniat hoc mandatum, facere corpus, ſeu hoc facere, plebs debet poteſtate ſibi conceſſa cõſecrare, immolare, ſumere ac diſtribuere, ſicut mini-
1. Cor. 9. ſtri. & ſic talis miniſter, qualis populus.
1. Cor. 4. omnes ergo Apoſtoli, omnes miniſtri, & diſpenſatores myſteriorum Dei, contra ſanctũ Apoſtolum. Verum enimuero ſi Miniſtri hoc ſacrum munus vſurpant ſine Dei verbo expreſſo, politicũ erit, & non religioſum, in præiudicium & diminutionem poteſtatis omnibus ex æquo conceſſæ & commiſſæ, imò plebs recedet tunc à Dei expreſſo iuſſu, HOC facite, permittens tantùm miniſtris hoc munus conſecrandi, immolandi, & diſtribuendi, quod erat ſecundum Lutheranos omnibus ex æquo conueniens. Quòd ſi tutati fuerint miniſtris tantùm conuenire vt conficiant & diſtribuant plebibus, quibus diuinis verbis id in cœna probabunt, niſi his, HOC facite in mei

com-

cõmemorationem. Præterea quomodo manducabunt hoc ipſum corpus Chriſti in cœna, pro nobis datũ ſub ſpeciebus panis & vini, niſi fuerit anteà ibidem virtute verbi factum? Conſecratũ ergo & effectum habemus in Chriſti cõmemorationem diuinum corpus, quod conſequenter eſt etiam ſumendum ac diſtribuendum in ſui commemorationem. Cæterùm, iuſſit Apoſtolis facere ſimpliciter, (& non manducare tantùm & bibere) id quod fecerat. Fecerat autẽ illud ipſum ſuum corpus, quod fuit datum in paſſione pro Apoſtolis: at illud erat immolatũ, propterea conſequens eſt Chriſtum Dominum in cœna immolaſſe, dicens: Hoc eſt ipſum corpus meũ, quod pro vobis datur, vel tradetur. Fecit enim id quod dixit: ergo ſuum ſacrum corpus pro nobis immolatum fuit effectum. Facere verò, vt diximus, corpus immolatũ in cruce pro homine, eſt mactare: vnde reuera ſeipſum modo exangui ſeu incruento in nouiſſima cœna pro nobis Patri

Chriſtus obtulit in cœna.

obtulit. Nam non fecit, ſecundum ſuum verbum, corpus mactandum, ſed mactatum, quod & nos Chriſti miniſtri facimus: non rurſus immolantes, ſed mactatum pro nobis facientes ſeu offerentes, vnde dicimur immolare, quia immolatum pro nobis in cruce facimus, cuius oblationis actio eſt myſtica, non ad reiterandum ſemel factum ſacrificium, ſed ad illud diſpenſandum & inſumendum. Propterea nõ fit transſubſtantiatio per diuini verbi efficacem virtutem vt ſubinde immoletur, ſicut calumniantur impudentiſſimè noſtri aduerſarij, ſed in cõſecratione ac diuina trãſſubſtantiatione fit ipſamet oblatio, quã poſtea & antea explicarat & explicat, diuinam leitourgiam faciens Sacerdos, multis verbis ac ſignis. Deinde Apoſtolis mandatum faciendi dedit, dicens: Hoc facite in meã cõmemorationem. Fecerat autem conſecrando, offerendo, ac ſumendo, vt diximus, corpus ſuum, ergo Apoſtolos id facere decreuit. At conſecrare & offerre
Luc. 22
con-

conficiendo & ſumendo non poterant ſine Sacerdotij ordinatione:vnde neceſſum eſt,his Domini verbis eos Sacerdotes inſtitutos,vt facerent corpus mactatum pro nobis, ſumerent, ac diſpoſitis diſtribuerent. Non ſunt proinde ſecundum expreſſum Dei inſtitutum legitimi Miniſtri,qui non faciunt corpus, quod mactatum eſt pro nobis, ſicut Chriſtus Dominus præcepit,dicens: Hoc facite in mei commemorationem. HOC,propterea primò corporis ſubſtantiam deſignat,quæ eſt efficienda. Deinde connotat actionem ſumptionis manducando & bibendo diuinum corpus per verbum effectum. Nam implicat contradictionẽ manducare & bibere corpus & Chriſti ſanguinem in commerationem eius,niſi prius Spiritusſancti obumbratione fuerint effecta,ſecundum verbum Dei, HOC eſt ipſum corpus meum. Expreſſo ea de cauſa Dei verbo ſeſe opponunt aduerſarij,qui ſumere contendunt,omittentes confectionem corporis mactati,quæ

Luc. 22.

Mat. 26.

ſecum conſequentia neceſſaria ſacrificium inuoluit. Profectò ſtupidos ridiculosq́ue nimis ſeſe oſtentant, quando mandatum ſumendi corpus mactatum admittunt, interim neſcientes poteſtatem cõficiendi rem ſumendam, ſibi commiſſam prius. Subinde verbum Dei manet firmiſſimum, quo docemur Chriſtũ dediſſe Apoſtolis corpus, quod fuit mactatum in craſtinum, (non enim damus res nõ factas) idcirco Chriſtus fecit hoc ipſum ſuum mactatũ corpus priuſquam daretur. Id autem eſt immolare, ideo immolauit vt Apoſtoli participes eſſent ſacrificij. Hinc eſt quòd terrena elemẽta tranſire fecit in immolatum corpus, ac effuſum ſanguinẽ, priuſquã daret, iuxta verbum ſuum, hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis datur. Quòd ſi quis refractarius opponat, Agnũ occiſum ab origine mundi, cuius participes fuerunt Patres noſtri, hoc in figura, voto, promiſſione, ac deſiderio fatemur factum, nõ autem in agni ſubſtantia, ſicut in cœna & paſ-

ſione completum credimus. Patres enim qui Chriſtum incarnandum præceſſerunt, ſpiritus ſancti gratiam receperunt per fidem in promiſſum mediatorem, quæ fuit illis ſacerrimum pignus beneficij, ſuo tempore in ſua natura per Meſſiæ immolationem accipiēdi, cuius ſunt reuera effecti participes per incarnationem, baptiſmum, cœnam nouiſſimam, ac paſſionem: Apoſtoli verò in cœna, ſicut nos, acceperunt hoc incarnatum & immolatum in craſtinum diuinum corpus, quamobrem panis & vini elementa ſemper demutata ſunt in illud ipſum Chriſti corpus pro nobis datum in die veneris ſancta.

SECTIO .XIII.

SI quis autem curioſus, quærat à nobis, quam ob cauſam Chriſtus in cœna fecerit corpus immolatum in die ſancta, cuius efficientiæ ipſe author exiſtens vſq; ad conſummationē ſæculi nos miniſtros conſtituit? Sanè reſpondemus, Dei velle & poſſe ſecundum ſuum verbum,

eſſe ſapientiſſimam omnium rerum rationē. Ideo nos ſuo verbo expreſſo tantùm inſiſtere ac fidere affirmamus. Verùm ſimul iſtud intelligimus, ſumma actum ſapientia, vt relinqueret hoc ſuum corpus, quod efficeretur mactatum, ne iterum putaretur ſanguinis profuſione immolari. Hoc inquam ſacrificatum nobis commiſit, vt quaſi ob oculos ſuam paſſionem præſentem ſummo noſtri amore captus, exhiberet. Nihil enim maius cogitari potuit aut committi, quàm ipſa oblatio inter Eccleſiæ manus depoſita, non quatenus viua tantùm, ſed ſimpliciter quatenus oblata, vt ſcirent intelligerentq; hanc oblationem myſticam & incruentam, eſſe legitimam diſpenſationem ac ſumptionem ſufficientiſſimi ſacrificij in cruce peracti: Verūenimvero ſicut in cruce oblatū fuit pro viuis, defunctis, & cunctis mortalium neceſſitatibus, ita diſpenſandum eſt pro omniū neceſſitate per oblationem exanguem. Vnde altaris ſacrificium eſt quoad effi-

cien-

cientiam, ſeu in effectu per ſe propitiatorium ad remiſſionem peccatorum inſtitutum, & laudis eſt etiam oblatio. Sed quum rationē habeat ſacrificij ſanctificatorum (dicente Apoſtolo, Probet ſeipſum homo) ordo rerum poſtulat, vt effectum exerat in reconciliatos, & diſpoſitos, ſecundum menſurā donationis Chriſti. Dicitur verò ab Eccleſia ſacrificium laudis ſecundum ſcripturas, Leuit. 7. quia laudes pro reconciliatione, & gratiarum actiones pro beneficiis acceptis ſuper re oblata offeruntur: qua de re proprio tractatu ex Dei verbo & Patrum ſentētia diſputare alibi ſperamus. Præterea, quando à nobis quærunt aduerſarij, quomodo tranſeant elemēta in corpus mactatum pro nobis, id fieri omnipotentia verbi, Spiritusq; ſancti operatione, aſtruimus, quoniam dixit & facta ſunt: vt aiunt Cyprianus, Ambroſius, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Theophilactus, Damaſcenus, & Baſilius. Nam ſi peruenit Spiritus Sanctus, & obumbrat

Cypr. de cœna. Amb. li. de his q initiant. ca. 9. Chryſ. hom. 83. i Mat. ac de prodit. Iud. Aug. li. 3. de trinit. cap. 4.

Theophil. in Ioan.6. & Mat.26 ac Mar.14 Damaſ.lib. 4.cap.14. Baſilius in Leiturg.

donis,ea demutans in id quod nõ erant, ſcilicet in corpus & ſanguinẽ Domini, ita vt tunc deſint eſſe quod erãt,& fiant iuxta Dei verbum,hoc eſt ipſum Chriſti Domini corpus,quod non erant. Qua de re hæc res ſummè diuina,præbere nobis ad manducandum & offerendũ carnem viuam,innocentem, inconſumptibilem, immortalem, & impartibilem, quæ manducata & oblata,ſemper eadem manet, immortalitate & vita adeò fœcunda, vt ſumpta reddat nos viuos, ac vera vita,ſuo tempore reuelanda, æternaliter præmunitos, noſtram interim in dies abſorbens vetuſtam mortis mortalitatem. Non enim conſumitur hóc ſacrificium manducantium morſibus, ſed inconſumptum permanens manducantium mortalitatem conſumit,mortemq; eis connaturalem ſua ineffabili efficientia abſorbet.

Verumenimuerò ad verbum Dei aduerſarios prouocemus,cui illi ſe obtemperare fingunt. Pronunciat autẽ Chri-

1.Cor.11.

ſtus

ſtus ſine verborum inuolucro : Hoc eſt ipſum corpus meũ,quod pro vobis frangitur : hoc facite in meam commemorationem. Iubet nõ tantùm dicere verbis,aut manducare & bibere in eius cõmemorationem, ſed etiam facere ſimpliciter,hoc quod ipſemet Chriſtus Dominus fecerat prius. Acceperat autem panem,benedixerat,ſuum mactatũ corpus effecerat,ac primus ſumpſerat:ideo hoc totum Apoſtolos facere decernit. *Supra ſect.12.* Iubet enim facere in ſui recordationem, quoad actionem,qua elemẽta efficiuntur corpus ſacrificatum,& ſumuntur in memoriam benedictæ paſſionis, vt nihiloſecius maneat ſacrificij ſubſtantia, quoad rem oblatam. Iam quid facere, determinatũ per actus religionis ſignificarit,ex ſcripturarum vſu penitius vno & altero exemplo iterum doceamus,vt vtriuſque teſtamenti collatione,ac figuræ ad veritatem comparatione, inimicorum noſtrorum aſinariam impudentiam coërceamus, Legimus autẽ Exod.

Supra ſec. 12. aliqua ex parte demõſtrauimus eãdem aſſertionem.

12.28. Numer. 9. c. 2. v. 3. 4. 5. 6. 10. 11. ac. 28. c. 4. v. 8. 15. 21. 22. 23. 24. 31. quando de cœna religionis agitur, hoc verbum Facere, ſignificare conſecrare, offerreq́; Sacerdotum miniſterio, & ſumere, in celebratione vmbratilis participationis ſacrificij, idcirco multò magis in veritatis cœna Dominica, Facere ſignificabit conſecrare, offerre, diſtribuere, ac ſumere. Itaque HOC facite, eſt idem quod HOC conſecrate, offerte, petentibus ac diſpoſitis ſumendum diſtribuite in meam cõmemorationem. Nec hac in parte frigidè argumentamur ex generali ſignificato tantùm iſtius verbi facere, vt ſtolidè garriunt noui Apoſtolaſtræ. Sed conſurgit noſtra demonſtratio ex ſpeciali & determinata ſignificatione iſtius verbi facere, quando ad cœnam religioſam & ſacrificij veram participationem celebrandam pertrahitur, vt erat apud Moſchen, Exod. 12. Numer. 9. & in cœna Euangelica. Quamobrem, iſtud verbũ Facere in cœna ſemper

per

per ſignificabit conſecrare, offerre, & ſumere. Qua etiam verborũ phraſi vſus eſt Chriſtus, dicens, Matth. 26. Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, id eſt, conſecrabitur, mactabitur, & ſumetur. vt ſuprà diximus, quod repetere neceſſum fuit ob aduerſariorum impudentiam. Propterea clarum eſt, Chriſtum & Moyſen non ſolùm vno ſpiritu locutos, ſed iiſdem verbis, eademque phraſi correſpondentiam figuræ ad veritatem confirmaſſe, & ipſa rerum connexa collatione fidei noſtræ myſteria apertè elucidaſſe: vt in vtroque teſtamento, quaſi ab vno Legiſlatore, & in vtraque cœna facere ſignificet actus religionis conſecrandi, offerendi, & ſumendi. Vnde & aduerſariorum nequitia ſatis contra Eccleſiam deprehenditur, qua audent negare, vel effugere, imò corrumpere ſcripturarum apertiſſima teſtimonia de Eccleſiæ Chriſtianæ tremendo horrendoq; ſacrificiò. Inſuper cœnam Euangelicã eſſe agni mactati, ſicut Moſaica agni agniculi immaculati erat, ipſe

Facere in nouo teſta. offerre.

Caro agni, Corpus Chriſti.

rerum

rerũ ordo ex fidei analogia ſatis ſuperq́; cõfirmat. Vtrinq; carnes proponuntur, .ſ. agni apud Iudæos, Chriſti autẽ apud fideles. Manducantur ab vtriſq; carnes, ſed illis eſt caro mortua, quia committitur illis vmbra corpusq́; animalis tantùm, nobis autem carnes viuæ, quoniam veritas in Euangelio, vt Chriſtus, qui nõ moritur, ſe viuum & mactatũ præbeat. Plus ergo Chriſtus quàm Moyſes: nam Chriſtus ſuasmet carnes, Moyſes autem alienas: Chriſtus ſuum corpus viuũ præbuit ac mactauit, Moyſes verò carnem agni mortuam mactando cõceſſit: Chriſtus ſemper eundem agnũ, Moyſes autẽ per ſingulos dies alium præbebat agniculum: Chriſtus ſine ſanguinis effuſione iſto ſacrificio incruento inſumit & diſpenſat vnicũ ſuũ ſufficientiſſimũ crucis ſacrificiũ, Moyſes verò ſemper cruentè effundens ſanguinem diuerſum, nunquã perfectè inſumebat talibus ſacrificiis alieni ſanguinis ſeu crucis Chriſti ſacrificium: Chriſtus incruentũ ſacrificium in

Moyſes exhibuit carnes Chriſti, ſed in ſigno, in ſpiritu, & deſiderio, Chriſtus verò eas exhibet re vera.

in ſui memoriam fieri præcepit, ſacrificium inquam verum & plenum, vt probauimus, quoad rem oblatã, memoriam autem quoad actionem offerentium: Moyſes ſubinde ſacrificium in memoriam exitus de AEgypto, vt eſſet exemplar ſacrificij Chriſti, & non ſubſtantia carnis & ſanguinis ſaluatoris noſtri, quod Euchariſtiæ noſtræ reſeruabatur, vt ait ſanctus Iuſtinus, quæ eſt exẽplar & ſubſtantia ſacrificij crucis. Vtraque cœna Iudæorum & Apoſtolorum in Hieruſalem, in munda ſanctificatorum Eccleſia cum azimis. hinc Chriſtus dicebat, de vetere paſchate, Luc. 22. quod erat figura corporis Chriſti, vt notat Tertul. Deſiderio cõcupiui hoc paſcha (vetus) manducare vobiſcũ, vt aliud nouũ inſtituã; ſicut diſertè tradunt B. Hierony. li. 4. in Matt. cap. 26. ac Beda ſuper Matt. in cõmẽt. ca. 26. huic aſſertioni alludit S. Paulus, dicens. 1. Cor. 5. 7. Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus, nõ ſolùm in cruce, ſed ſimpliciter ait, ſecundũ Chryſoſt. eſt

Iuſtin. cõtra Triphon.

Tertul. li. 4 cõtra Marc. ſect. 62.

Hieronym.

Venerabilis Beda.

Chriſoſt. in 1. ad Cor. 5.

immo-

immolatus, non occiſus, vt in cœna, in qua aſſiſtit, immolatur & ſumitur, licet nō occidatur, ſicut docet D. Ambroſ. in Luc. Ideo epulemur, feſtumq́ue agamus in azymis ſynceritatis & veritatis, ſub quibus eſt immolatus Chriſtus: quoniam non ſunt azymæ legales & vmbratiles, ſub quibus paſcha noſtrum immolabatur tantùm in vmbra. Probet ergo ſeipſum homo. 1. cor. 11. & ſic de illo pane edat, qui eſt viuus, de cœlo deſcendens. De pane, inquam, illo qui eſt corpus Domini. Aſſerere propterea, figuram ſacrificij cœnæ Moſaycæ, non pertinere ad cœnam Euangelicam, eſt temeratium, Chriſtoq́; iniurium, vtpote, quo rerum ordo & natura confunditur, & perſona verbi non illuſtratur. Nos autem, etiam in minimo, Chriſto iniuriā ſatagentes, non inferre, conamur demonſtrare eum quo ad vmbras & figuras, perfectiſſimè ad vltimum vſque iota legem adimpleuiſſe, contra Iudæorum, hæreticorumq́; vaniſſimas allegorias & tranſpoſitiones.

Amb. lib. 1. in Luc. ca. 1. de appar. angel. ad zach.

Vnde

Vnde quæ ſunt ſacrificij cœnæ, ad ipſam referre contendimus. Et quæ ſunt ſacrificij crucis,ad illud reuocamus,nec lapillum ſuo loco mouemus in his tremendis ac ſummis Chriſtianorũ myſteriis. Primò, menſa gentium,altareq́; Iudæorum. 1. Cor. 10. cum eorũ cœna religioſa ad noſtram coaptamus : prius enim habuerunt ſacrificium antè quàm eſſet eiuſdẽ ſacrificij participatio realis; hinc eſt, quòd noſtram menſam altari ac menſæ communi Iudæorũ & Gentium confert Apoſtolus,ſicut & ſacrificii participationem,quod abſurdum eſſet,niſi & menſa noſtra,altare quoque eſſet ad immolandum Chriſtum & ſumendum, vt trecenti & duo minus de viginti Sancti Patres in prima Nicena ſynodo,(quã aduerſarij recipere fingunt,& aduerſum nos citant) abundè tradunt,catholiceq́; docent,dicentes: *Huic diuinæ menſæ accumbentes, propoſitum panem & *poculum non ſpectemus, verùm animos noſtros erigamus, & †fide cognoſcamus quod menſæ huic*

Menſa Chriſtianorũ eſt altare.

1.Cor.10.

Nicena ſynod.1.

**qa iam non ſunt panis & vinũ, ſed ſũt facta ag. dei.*

†quoniã ocilis nõ videmus corporis.

Dei

Dei agnus ſit ſuperpoſitus, qui mundi delicta tollit, ac per Sacerdotes incruentè offertur. Credimus quum precioſum illius corpus & ſanguinẽ verè ſuſcipimus, quòd hæc certiſſima noſtræ reſurrectionis ſigna ſint. Ideoq́ non multum, ſed parum ſuſcipimus, vt ſciamus non ad corporis noſtri ſaturationem, ſed ad noſtri ſanctificationẽ accipi. hæc Patres.

ex Theophilo Alexand. probatur iſte canon nõ eſſe ſuppoſititius.

Verumenimuerò, quoniam Lutherani & Caluinates, vt ſunt ſua pertinacia excæcati, hunc Canonem contra catholicãm Eccleſiam citant, eius ſententiam elucidabimus. Primò, decernũt non ſpectanda eſſe panem & vinũ in menſa diuina, cuius rei rationẽ ſubindicãt, quando aiunt iam eſſe agnum, & corpus Domini: vnde non attendunt pani & vino, quia deſinunt in agnum peccata tollentem, & ſunt tantùm panis & vinum ſecundum naturam accidentium & operationum, non autem ſecundum naturam ſubiectiuam, ideo non ſpectanda.

1. nõ ſpectemus panem & vinum.

Subinde aiunt, fide agnum cognoſcendum ſuperpoſitum diuinæ menſæ. Caluina-

2. Agnus menſæ ſuperpoſitus.

uinates autē in menſa ſymbolum ſuper-poſitum credunt,agnum autem tantùm in cœlo fide agnoſcunt. Lutherani verò, bis ſtupidi, fide agnoſcunt non ſuper menſam poſitum agnū,ſed tantùm dentium morſibus in vſu manducationis cōfici,itaque verbo & elemento (vt docet Ecclesia catholica) illis nō conficitur ſacramentū,ſed manducatione,quū tamē vel natura duce prius ſit res conficienda, quàm manducetur. Debuit ergo Chriſtus cum Eccleſia dicere,ſacramentum actionis ſeu manducationis,ſicut ait ſacramētum baptiſmatis, cuius eſſe,eſt vſus,& non ſubſtantia,ſicut Euchariſtia, quæ dicitur ſacramentū corporis, quod non eſt actio. Hoc ergo Buceri commētum inuentum anno. 1536. ignorauit prima œcumenica ſynodus. Tertiò addit,agnū qui peccata tollit per Sacerdotes incruentè immolari ſuper menſa diuina. Vnde oſtendit menſam eſſe altare, ſuper quo fit immolatio. At Lutherani negāt eſſe ſacerdotes,negant Chriſtum

Baptiſmus ſeu immerſio eſt actio lauandi, corpus aūt eſt ſubſtantia.

3. Agnus p Sacerdotes incruentè immolatur

immolari, negant in hac immolatione peccata tolli. Patres autem qui probè norant phyſin ſacrificij crucis, affirmant, hîc agnum immolari per ſacerdotes modo incruēto, tollentem peccata mundi. Quid hîc ructabunt aduerſarij ſuis frigidis ſymbolis, prædicantiis, & memoriis? Patres ſanè nō ſunt obſcurè locuti, de ſacerdotio, menſa altaris, & ſacrificio. Audebúnt ne damnare in odium Rom. Pontificis, totius Eccleſiæ catholicæ decretū? non legerant, non intellexerāt tanti Patres verbum Dei de Chriſti ſacerdotio? nunquid intellectū contempſerunt, qui omnia pro Chriſto, iuſtitia, & caſtitate pati voluerūt? Si ergo aliquid pudoris ſupereſſet hæreticis, iam nō turbarēt Eccleſiam de ſacrificio incruento, quæ dudū antè ſuam ſuper hac re tulit cenſuram.

2. Secundò, vt ad rem reuertar, Moyſi ſacrum conuiuium ſic erat memoria ſacrificij exitus de Ægypto, quod erat etiā ſacrificium, hoc aūt non cōpleuit Chriſtus in cruce ſub his rationibus prædictis: ideo

ideo ad menſam Domini recurrere debemus, in qua eſt ſacrificium & memoria ſacrificij. Tertiò, cœna agni in Hieruſalem inter fideles tantùm, Chriſtus autẽ in cruce extra Hieruſalẽ inter infideles & aduerſarios. Recurramus ergo ad cœnam, quam in Hieruſalem in medio fidelium Apoſtolorum perfecit. Quartò, agnus immaculatus, Chriſtus verò in cruce pro nobis peccatum eſt factus. Ideo ad cœnam emundantem recurrendum eſt, in qua non tulit peccata ſatiſfaciendo, ſed tantùm emundando & inſumẽdo ac diſpenſando ſacrificiũ, quod iam in voto habebat, in craſtinum actu perſoluendum. Demùm, carnes agni mactati cum pane azymo, quod ad cœnam eſt referendum, in qua ſunt carnes Chriſti ſub ſpeciebus panis & vini. Cæterùm nullus Euangeliſtarum, nec aliquis catholicus, ſeu canonicus liber, vel Patrũ, docuit Chriſtum in cruce tantùm adimpleuiſſe figuram agni mactati in cœna Moſaica, ergo ad cœnã, ſicut ad cru-

3.
4.
5.
6.

cem, referenda eſt figura agni paſchalis immolati, vt S. Iuſtinus Martyr, Tertullianus, Hieronymus, Chryſoſtomus, Ambroſius, Beda, Patres Niceni, ac alij catholici docent, vti ſuprà probauimus. Vnde conſtat Chriſtum ſeſe immolaſſe in cœna incruento modo, & hanc oblationem conſummaſſe in cruce, his qui erunt ſanctificati, per cœnæ ſacræ immolationem & participationem, quæ eſt iugis diſpenſatio & inſumptio ſacrificij cruenti ſufficientiſſimi, per Chriſtum, Sacerdotum miniſterio, ad finem vſque ſæculi exercenda. Quòd autem quidam refractarij conantur adimpletionem ſacrificij ad crucem tantùm referre, ſuum ſtolidum præpoſterumque iudicium B. Ioannis. 19. teſtimonio fucantes, ridiculum eſt ac inſulſum. Nam S. Euangeliſta hoc in loco non confert ſacrificium ſacrificio ſecundum omnes ſuas partes, ſed tantùm ſecundum eam partem, quæ erat de oſſibus non confringendis. Imò ipſa oſſium confractio, e-

ſum,ſicut mactationem,per ſe reſpicit, vt patet Exod. 12.46. Num.9.12. Oſſa enim non confringuntur in manducatione,quoniam integer & viuus accipitur. Semper propterea firmum & immobile manet,hoc verbum Facere ad religionem cœnæ Moſaicæ & Euangelicæ tranſlatum,determinari ex vſu ſingulari loquendi,vt ſignificet cōſecrare,offerre, diſtribuere,ac ſumere. HOC facite ergo, eſt,hoc corpus cōſecrate,cōficite,offerte,in mei cōmemorationem: diſtribuite, ac ſumite,in mei recordationem. Conficite ac conſecrate hoc corpus, verbo meo,& fide,in mei recordationē, quòd conceptus ſum verbo Patris per Angelum prolato,tanquam per Sacerdotem, virgine credente,ſicut Eccleſia,ac Spiritu Sancto res demutante, ſicut nunc in conſecratione. Hoc offerte Patri in mei recordationem, quòd me pro vobis illi obtuli,ac per vos ſemper offero, diſpenſando Sacerdotū miniſterio oblationem crucis ſufficientiſſimam. Hoc

Facere pro offerre.

diſtribuite in meam commemorationẽ ac ſumite, quoniam me vobis dedi per paſſionem, hinc per participationem. Sic enim manducando de Sacrificio, annnuciabitis ipſamet actione participationis ſacrificij mortem Domini, qua mactatum eſt hoc ſacrificium modo cruento, donec veniat, vnde eum viuum à mortuis, ac in cœlos aſcendiſſe teſtabimini: nam vt inde veniat, neceſſum eſt reſurrexiſſe, & in cœlos aſcendiſſe. Annunciatio ergo Domini fit non frigidis verbis, ſed etiam rerum ipſarum natura, quæ omnia Christi myſteria tanquam in ſpeculo præſentia demonſtrat.

SECTIO XIIII.

QVI veterum Commentaria ſine hæreſeos liuore diligenter examinauêre, probabũt, ſcio, quod diximus ſuper his Chriſti Domini verbis, Hoc facite in meam commemorationem, id eſt, hoc cõficite ſeu conſecrate, hoc offerte, hoc ſumite, hoc diſtribuite, meiq; memores eſtote. Ea de re B. Irenæus ait:

Iren. lib. 4 cap. 34. & lib. 5.

Pa-

Panem percipere verbum Dei, & fieri Eucharistiam. Quod D. Iuſtinus explicat, *Per preces ſermonis*, adducens hæc verba, Hoc facite in mei recordationem. Similiter S. Hieronymus clamat: *Clerici Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt. Nam ad Sacerdotum preces Chriſti corpus ſanguiſque conficitur.* Huic ſubcinit Chryſoſtomus, dicens: *Sacra ipſa oblatio, ſiue illam Petrus, ſiue illam Paulus, ſiue cuiuſuis meriti Sacerdos offerat, eadem eſt quã dedit Chriſtus ipſe Diſcipulis, quamq́ Sacerdotes quoque modò conficiunt: nihil habet iſta quàm illa minus. cur id? quia non hanc ſanctificant homines, ſed Chriſtus, qui illam antè ſacrauerat. Quemadmodum enim verba quæ locutus eſt Chriſtus, eadem ſunt quæ Sacerdotes nunc quoque pronunciant, ita & oblatio quoq́ eadem eſt, eademq́ baptiſmi ratio, adeò omnia in fide conſiſtunt. Et hoc igitur Chriſti corpus, & illud eſt: qui autem hoc illo minus habere putat, ignorat Chriſtum eſſe, qui nunc etiam adeſt atque operatur.*

Iuſti. apol. 2.

Hieron. ad Heliodorũ. Item ad Euagr.

Chryſoſt. Homil. 2. i. 2. ad Timot. cap. 1. tom. 4.

Chryſoſt. homil. de prodit. Iudæ, tom. 3. *Sacerdotis namq;* (ait alibi) *verba ore proferuntur, & Dei virtute cõſecrantur & gratia.* Hunc ſequitur B. Auguſtinus, docens, *Euchariſtiam fieri nobis myſticam certa verborum conſecratione. Nam ſacramentum iſtud Chriſti ſermone conficitur, quoniã Sacerdos* (vt docet S. Ambroſius) *Chriſti ſermonibus vtitur. Panis eſt ante Domini Ieſu verba, vt autem per conſecrationẽ acceſſerint, de pane fit corpus Chriſti.* Huius etiam ſententiæ eſt Damaſcenus lib. 4. de fide orthodoxa, cap. 14. hanc ſignificationem horum Domini verborum, HOC facite in mei recordationem, de conſecratione panis & vini intelligendam. Latius verò hanc aſſertionem probarem, niſi Lutherani in ſua confeſſione Anno. 1567. quorum Illyricus eſt vnus, me hoc labore leuaſſent, dicentes in Caluinatum opprobrium, pag. 121. *Nulli mortali fas eſt Chriſti ordinationem mutare.* Paulò pòſt: *In Pauli verbis non exprimitur, quis, quando, & quid inſtituerit, præceperit, aut dederit, cùm in authore*

Auguſtin. li. 20. cap. 13. contra Fauſt. Manic. tom. 6

Ambro. de his qui initiãtur, cap. 9. & lib. 4 de Sacram. cap. 4.

Miniſtri Lutheran.

1. Cor. 10.

tanti

tanti myſterij ipſum caput rei ſit. Neque etiam adſunt, vel exprimuntur illa institutionis verba, Quod pro vobis traditur, pro vobis in remiſsionem peccatorũ effunditur: hoc in memoriam mei facite. Nulla etiam ibi noui teſtamenti mentio. Tum porrò nec panis datus monſtratur, aut ad eum verba ſanctificationis applicentur aut dirigantur, ſicut Dominus fecit & præcepit. Cùm enim dixit: Hoc facite. &c. certè nõ tantùm ſumptionem panis, ſed etiam recitationem verborum ſuorũ, quibus ipſe vſus eſt, ſeueriter mandauit, & immotè inſtituit præcepitque. Luc. 22.
pag. 120. hæc Prædicãtes extraordinarij. Quibus ſermonibus nituntur aduerſum Zuinglianos, quos Gueuſitas vocant, vt probent Chriſtum præcepiſſe verba cõſecrationis ad panem & vinum dirigenda, ſicut Dominus iuſſit, dicens, Hoc facite, id eſt, corpus meum conficite ac conſecrate, quod corpus ego prius feci. Quod certè præceptum corporis faciendi, miniſtrandi, ac diſtribuendi, Sacerdotes tantùm concernit, niſi Illyricus mu-

mulierculas & puellos recenter fecerit verbi & ſacramentorum Miniſtros. Dictum eſt namque toti Eccleſiæ, Hoc facite in mei recordationem: ſed vnicuiq; tribuendum ſecundum ſui gradus dignitatem & vocationem: vnde concernit Miniſtros, vt conficiant, & ſanctificent, offerant, ac diſtribuant: plebes autem, vt cum timore diſtributum, oblatum, ac conſecratum ſumant. Hoc facite propterea aliquando Apoſtolus. 1. Cor. 11. Baſilius, ac Gloſſa interlinearis interpretantur, Hoc ſumite, quum plebes promiſcuè in Eccleſiam ſupputant, quum demùm ſacramenti finem conſequenter omnibus communem inculcāt, ſed ſupponunt prius ab aliquibus confectum, & oblatum: nam non ſumetur, niſi fuerit anteà ab aliquo confectum. Quum enim corpus meum fuerit confectum & oblatum in mei recordationem, conſequens eſt, ad hæc antecedentia, vt manducetis conſequēter in mei memoriam, vt ſciatis mei memoriam celebrandam,

Baſil. lib. 1. de Bap. ca. 3. Gloſſa in Luc. ca. 22.

non

non ſolùm à Sacerdotibus conficiendo & offerendo, ſed etiam ab omnibus fidelibus ſumendo. Vnde præpoſterè vos Corinthij Dominicæ cœnæ religioſam & Chriſtianam ſumptionem celebratis, eam contra Chriſti inſtituta prophanis conuiuiis miſcentes, ſicut olim Idolothitum inter epulas, quum adhuc Gentes eſſetis, manducabatis. Sed ſcitote, Dei Eccleſiam hanc non habere conſuetudinem, quæ id non ſolùm conficit & offert, ſed etiam ſumit in Chriſti Domini piam recordationem. *ad Corint.*

SECTIO .XV.

OBLATIONEM corporis & ſanguinis Domini, ſub præcepto diuino, à CHRISTO IESV Eccleſiæ cōmiſſam, ex Dei verbo ſuprà ſolidè ſatis ſuperque docuimus, his Euangelij verbis, HOC facite in meam recordationem: *1.Cor.11.* vnde & aduerſariorū refractariā contradicendi libidinem patefecimus. Verùm, quū Flaccius, verecundia etiam humana prorſus abiecta, nihili faciat expreſſum

Dei verbum, ſub fuco nouitiæ interpretationis de oblatione in cœna, per verba
Luc. 22. Chriſti HOC facite in meam recordationem, quam impudentiſſimè (nunquam à mendacio temperans) fingit nouitiam, aſſerens veteres nunquã ſic intellexiſſe, vt SS. Patres Tridentini in Catholica Synodo, & ego Antuerpiæ, ſumus interpretati. At quum argumento tertio aduerſum nos diſertis verbis pronunciet, eum eſſe inſanum & Atheum, qui à cõmuni Eccleſiæ ſenſu recedit, concludat nunc, ſi lubet, ſe eſſe Atheum & inſanũ, quoniam non interpretatur hæc verba, HOC facite, vt S. Martialis, Dionyſius, Clemens, Iuſtinus, Irenæus, Cyprianus, Origenes, Emeſſenus, Chryſoſtomus, Ambroſius, Theodoretus, & alij Patres, vtique de Chriſtiana Eccleſia, non contemnendi, interpretantur. Primò, affirmo conſtanter negatiuam Illyrici eſſe contra omnem Logicam, quæ nõ nouit argumentari ab authoritate negatiuè ex
Nota. vna affirmatiua excludendo cõpoſſibiles

aſſertiones. Nam non ſequitur: Euangeliſta non interpretatur de populo Iſraël, Ex Ægypto vocaui filium meum, ergo non debet ſic intelligi. Item, Apoſtolus non applicat ad Salomonem, Ego ero illi in patrem, ergo nō poteſt de eo intelligi. Demùm, HOC facite, à S. Paulo ſumptioni in particulari aſſignatur, ergo non ad conſecrationem & diſtributionem. Tamen noſter aduerſarius coram plebe ludens, ſimili argumento Lutheranam ſcenam confirmat, excludendo ab authoritate negatiuè, dicens, Declarat Apoſtolus, iſto verbo Facere, nihil aliud intelligendum eſſe, quàm edere, bibere, aut communicare. At Apoſtolus neſcit hanc negatiuam, quam ei imponit Flaccius. Affirmatiuè enim Doctor Gentium loquitur. Sed de hoc ſpecioſo argumentandi genere poſteà diſputabimus cum aduerſariis. Secundò affirmo, Lutheranos ad vnum omnes non poſſe adducere aliquam ſcripturã ſacram, aut veterũ aliquot teſtimonia, quæ doceant,

Mat.2.15. Iere.11.1. Heb.1.5. 2.Reg.7.14

1.Cor.11.

Hoc facite,ſic de eſu & potu intelligendum,vt non poſſit nec debeat etiam ad confectionem,oblationem,diſtributionemq́; referri. Vnde firmiſſimũ ſemper erit, aduerſarios nouam Logicam concludentem ab authoritate affirmatiua exclusiuè & negatiuè ſimul comminiſci, ac iſtam excluſiuam & negatiuam propoſitionẽ mundo primos inuexiſſe,ſine expreſſo Scripturarum aut Patrum teſtimonio. Nunquam enim veteres ſancti Patres,aut ſcripturæ dicunt,Hoc nõ intelligitur de oblatione Euchariſtiæ, ſed tantùm de ſumptione. Chimæram ergo Illyricanam eſſe, conſequens eſt.

Epiſt. Eccleſiæ Achaiæ.

Serm. de paſſione D. Andreæ.

Profectò Apoſtolos Chriſtum immolaſſe in Euchariſtia,non ſine diuino præcepto,dubio procul demonſtrare poſſũmus ex Epiſtola Preſbyterorũ ac Diaconorũ Eccleſiæ Achaiæ ſuper D. Andreæ martyrium. Hanc aũt epiſtolam pro autentica hiſtoria hactenus habuit Eccleſia,cuius etiam meminerunt Bernardus ac Volphelinus Abbates ſuis in ſcriptis, imò

imò & Philaletus eam citat, & ante hos omnes, Liber de duplici martyrio teſtatur hanc hiſtoriam humanã quidem, ſed probatæ fidei: vnde eam vt ſuppoſititiã, neſcio quo riſu traſonico, imò atheo faſtu, fronteq́; perfricta reiicere, impudentiæ ſummæ crimen non immeritò cenſetur. Idcirco S. Andreæ ad Egeam Præfectum Achaiæ in vrbe Patras, verba diligenter audiamus. *Quotidie (inquit) agnum crucis immaculatum in Altari ſacrifico Deo omnipotẽti viuo & vero, qui agnus, licet ſit verè ſacrificatus, tamen integer & viuus perſeuerat.* hæc S. Apoſtolus. Quibus verbis agni mactati oblationẽ ei iniunctam docebimus, niſi his, HOC facite in mei memoriam? Teſtatur imprimis ſe offerre quotidie agnum mactatũ, non mactandum, ſed in cruce mactatũ. Nam nõ fit diuina mutatio elementorũ in corpus Domini, vt immoletur, ſed vt mutata ſymbola in corpus ſemel immolatũ in cruce ad omnium exhaurienda peccata, quotidie factum myſticeq́; immolatum,

De Eucharistia cõtra Berengar. Cyprian. de dupl. marty.

hanc hiſtor. eccleſiaſt. nõ reiicit Illyricus cent. I. pag. 565. Philalet. ca. 39. hiſt. eccleſ. verba S. Andreæ apoſtoli ad Egeã.

tum, proſit ad inſumendum tanti precij vnicum beneficium. Subinde ait, non ab re religioſus Sacerdos & Apoſtolus, ſe agnũ crucis quotidie ſacrificare, vel iugiter offerre agnum immaculatũ in Altari crucis, vt apertè oſtẽdat diuini verbi virtute fieri in Altari corpus crucis, ſeu quod pependit pro nobis in cruce in die veneris ſancta. Quamobrẽ nos illud offerimus non quatenus viuum, ſed quia pro nobis in cruce mactatum, ac ſi præſentes, & cum Chriſto offerentes fuiſſemus. Qui veterum Eccleſiæ Procerum vellet diligenter ſcripta rimari, Chriſtianam propitiationis oblationem, de qua controuertitur, euidentiſſimè teſtatam & magnificatã agnoſceret, ſiue pro viuis, ſiue pro defunctis, quod vt magis magisq; notum ſit, trium veterum Patrum ante mille ducentos annos vel circiter, teſtimoniis confirmabo. Primò, id teſta-

Cyril.Hieroſ. anno 370. tur S. Cyrillus Hieroſolym. catecheſ. 5. dicens: *Benigniſſimum Deum oramus, vt ſuper illa propoſita ſpiritumſanctũ emittat,*

qua-

*quatenus panem quidem faciat corpus Chriſti, vinum verò ſanguinem Chriſti. Omnino enim quod attigerit ſpiritusſanctus hoc ſanctificatur & *tranſmutatur. Deinde verò poſtquam confectū eſt illud ſpirituale ſacrificium, & ille cultus incruentus, Deum obſecramus ſuper ipſa *propitiationis hoſtia, pro cōmuni Eccleſiarum pace, pro tranquillitate mūdi, pro Regibus, pro militibus, pro ſociis, pro ægrotis, & afflictis, & in ſumma pro his omnibus qui egent auxilio. Indigemus autē omnes. Cùm hoc ſacrificium offerimus, poſtea facimus mentionē etiam eorū, qui ante nos obdormierunt. Primùm, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, vt Deus *orationibus illorum & deprecationibus, ſuſcipiat preces noſtras. Deinde pro *defunctis ſanctis Patribus & Epiſcopis, denique pro omnibus oramus, qui inter nos vita functi ſunt, maximū eſſe credentes animarum iuuamē, pro quibus offertur obſecratio ſancti illius & tremendi, quod in altari poſitum eſt, ſacrificij. Nos enim pro defunctis precationes adhibentes, quam-*

transſubſtantiatio.

Sacrificiū propitiatorium.

Oratio ad ſanctos.

Oratio pro defunctis.

L uis

uis ſint peccatores, nõ quidem coronã plectimus, ſed Chriſtum pro noſtris peccatis mactatum * *offerimus, vt & nobis, ac illis, eum qui eſt benigniſſimus, propitium reddamus.* Hæc Cyrillus. Illas autem Catecheſes nõ eſſe ſuppoſititias confirmat inuictiſſimè Præfatio ad Lectorem eiſdem præpoſita. Secundus fidei propugnator eſt glorioſum illud Eccleſiæ lumen D. Gregorius Niſſenus, frater S. Baſilij Magni, ac Præceptor Nazianzeni Theologi, & linguarum peritiſſimi Hieronymi, oratione de reſurrectione Chriſti, in qua aſſerit, Chriſtum in cœna feciſſe corpus mactatum, dicens: *Pro ineffabili arcanoq; & qui ab hominibus cerni nequit, ſacrificij modo, ſua diſpoſitione & adminiſtratione præoccupat impetum violentum, ac ſeſe oblationem ac victimam offert pro nobis Sacerdos, ſimul & Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Quando hoc accidit? Quum ſuũ corpus ad comedendum, & ſanguinem ſuum familiaribus exhibuit ad bibendum. Cuilibet enim hoc perſpicuum eſt, quòd oue homo veſci*

offertur à nobis **Chriſtus**

Niſſenus *ãno.340*

Chriſtus *ſeſe obtulit in cœna anteq̃ mãducaretur.*

veſci non poßit, niſi mactatio comeſtionem præceſſerit. Qui igitur dedit Diſcipulis corpus ſuũ ad comedendum, apertè demonſtrat, iam perfectam & abſolutam factam eſſe immolationem. Paulò pòſt: *Quum itaque de corpore ſuo ad edendum, & de ſanguine ſuo ad bibendum præberet Diſcipulis, iam latenter pro poteſtate myſterium adminiſtrantis, ineffabiliter & inuiſibiliter corpus immolatum erat*. Hactenus Niſſenus. Arbitror hæc duo de cœnæ ſacrificio facto & inſtituto teſtimonia, nulli hominum obſcura, quibus Patres SS. aſſerũt Chriſtum in cœna feciſſe ſuum corpus immolatum pro nobis, quodq́; in ſacris Chriſtianorum myſteriis peragimus, tum pro viuis, quum pro defunctis. Vnde duo aperta aduerſariorum impudentiſſimaq́; mendacia deprehenduntur. Primum, quo aſſerunt veteres non docuiſſe Chriſtum immolaſſe in cœna ſuũ corpus pro nobis, ſed Patres SS. Tridenti hoc inueniſſe. Secundum, quo affirmãt vetuſtos Eccleſiæ Sanctos non docuiſſe Miſſam, *duo mendacia hæreticorum*

eſſe propitiationis hoſtiam, pro viuis & defunctis offerendam. Tertius harum rerum teſtis, dignitate, martyrio, & ætate alios anteuertit, S. ſcilicet Alexander Martyr, Epiſcopusq; Romanus, circiter annũ Domini. 119 ſub Traiano, dicens: *In ſacramentorum oblationibus, quæ inter Miſſarum ſolennia Domino offerũtur, paſſio Domini eſt miſcenda, vt eius, cuius corpus & ſanguis conficitur, paßio celebretur: ita vt ſuperſtitionum repulſis opinionibus, panis tantùm & vinum aqua permixtum, in ſacrificio offerantur. Non enim vt à Patribus accepimus, & ipſa ratio docet, in calice Domini aut vinum ſolùm, aut aqua ſola debet offerri, ſed vtrumq; permixtum, quia vtrumq; ex latere eius in paßione ſua profluxiſſe legitur. Ipſa verò veritas nos inſtruit, calicem & panem in ſacramento offerre, quando ait: Accepit Ieſus panem, & benedixit, deditque Diſcipulis ſuis, dicens: Accipite, & manducate, hoc eſt enim corpus meum, quod pro vobis tradetur. Similiter poſtquam cœnauit, accepit calicem, deditque Diſci-*

S. Alexan. Epi ad oẽs ortho. ſec. 4. ãno. 119

Patres illi erãt apoſtoli vel eorũ diſcipuli.

Ioan. 19.

Matt. 26.

Diſcipulis ſuis, dicens: Bibite ex eo omnes, quia hic eſt calix ſanguinis mei, qui pro vobis fundetur in remiſsionem peccatorũ. Crimina enim atq; peccata oblatis his Domino ſacrificiis delentur, idcirco & paſsio eius in his cõmemoranda eſt, qua redempti ſumus, ac ſæpius recitanda, atque hæc Domino offerenda. Talibus hoſtiis delectabitur, & pacabitur Deus, peccataq; dimittet ingentia. Nihil enim in ſacrificiis maius eſſe poteſt, quàm corpus & ſanguis Chriſti, nec vlla oblatio hac potior eſt, ſed hæc omnes præcellit, quæ pura conſcientia Domino eſt offerenda, puraq; mente ſumenda, atque ab omnibus veneranda. Et ſicut potior eſt cæteris, ita potius excoli & venerari debet.
Hucvſque D. Alexander Martyr ante annos circiter .1450. Quibus ſacrificij Chriſtiani præconiis aſſerit ſe ab anteceſſoribus accepiſſe, aquã vino miſcendam, quos Apoſtolos fuiſſe, viroſq; Apoſtolicos compertiſſimum eſt ex temporum ſupputatione cõtinua. Hoc tradidiſſe Dominũ, & feciſſe in cœna no-

Aqua vino infundēda ex domini traditiōe. Clemens Cyprian. Iuſtin. Irenæus.

uiſſima aſſerunt S. Clemēs lib. 5. ca. 17. Conſtit. Apoſtolic. & Cyprianus lib. 2. epiſt. 3. vnde non admiſcentes aquam, affirmat mandata hominū ſequi, & Domini ſermones abiicere, de Euangelica veritate fures, adulteroſq; eſſe, & Dominicam diſciplinam cōtemnere, ac diuina adulterare præcepta. Certè D. Iuſtinus Apolog. 2. ante. 1430. Eccleſiam Chriſtianā obſeruaſſe hanc Apoſtolorū & Domini traditionem ſcribit. Cui eodem ſæculo ſubcinit S. Irenæus libr. 4. cap. 57. ac lib. 5. pag. 296. Et omnes veteres id affirmant obſeruatū ab Eccleſia primitiua. Vnde conſtat, quòd Romani Pontifices non inſtituerūt aquam vino miſcendam, ſed reſtaurarunt. Secundò aſſerit D. Alexander, iſtud ſacrificiū inſtitutū à Chriſto verbis conſecrationis, & nō tantùm manducationem ac ſumptionem, vt delirantes Prædicantes affirmant. Subinde confirmat à Domino inſtitutum, ad Deum placandum, peccataque remittenda. Quartò, teſtatur

fieri

fieri oblationem in Miſſa, quæ in paſſione Domini eſt mactata, qua redempti ſumus : ideo non facimus mactandum, ſed immolatũ corpus, offerimusq́; ad inſumendum paſſionis beneficium, cuius ſumus memores. Demùm, aſſeuerat conſtanter hanc hoſtiam omnes anteuertere, ideo colendam ac verãdam cum pura conſcientia. Cæterùm, ſi hæc impia ſunt (vt in totius Chriſtianæ Eccleſiæ dedecus effutiunt extraordinarij Prædicantes) & falſa, contra expreſſum Dei verbum, vnicumq́ue Chriſti ſacrificium, quis incitauit tam ſanctos Eccleſiæ Patres credere & docere in animarũ ſuarum & omnium ſequẽtium ſalutem, vt tam iniqua ſcriberent & prædicarẽt? Verùm, ſi hæc non ſcripſêre veteres, quis hoc ſcriptum ſub eorum nomine euulgauit? quando id actum eſt? à quibus? vbi latuêre eorũ germana & incorrupta ſcripta? quoniam eos ſcripſiſſe compertiſſimum eſt. Quomodo hac de re tacuêre veteres hæretici, oſores vtique Ro-

manæ Eccleſiæ ante ducentos annos, vel ante Lutherum & Illyricũ. Qua fronte tales Epiſtolas auſi ſunt in ius adducere Rufinus, Concilium Vaſenſe primum, ante. 1160. can. 6. Bruchardus, Yuo, Gratianus, & alij veteres & recentiores Eccleſiæ Patres? Somno ſopitáne vniuerſa Eccleſia, quæ ante Flaccij vanas viſiones tantas nõ agnouit impoſturas? Sed aſtuti iſtius ſancti dogmatis veteratores, Manichæorum more, corruptũ fingunt, vel reiiciunt quodcunq; teſtimonium, quo proſternuntur eorum ineptiæ. Verùm, ſic vanis ludendo coniecturis, nõ ſolùm à doctis & ſenſatis explodũtur, ſed ſuam iniquam pertinaciam, imò aſinariam libidinem, plus duplò reddunt ſuſpectam. Veruntamen ſi Illyricus velit latius vagari, nouas ædat velitationes ſuper veterum Patrum, Clementis, Dionyſij, Alexandri, & ſimilium ſcripta, quoniam cõfutata ſunt, quæ ſolet opponere, à noſtris, Domino Reuerend. Lindano Damaſi, lib. 2. inſtructiſſ. ſuæ vniuerſalis armatu-

maturæ Euangelicæ, D. Gaſpare Caſſalio Epiſcopo, D. Carolo Bouio Præſule, & à me omnium Catholicorũ minimo. Poterit etiã extemplò colligi ſolida refutatio Illyricanæ ſycophãtiæ, vt loquũtur Vitembergenſes, ex elaboratiſſimis ſcriptis D. Onuphrij Panuini de Romanorum Pontificum geſtis. Apologia pro operibus D. Dionyſij, ſatis ſuperq́; Illyrici & ſimilium infantiam, mentiendiq́; libidinẽ patefacit. D. Eyſengreinus Spirenſis impudentiſſimum Flaccij mendacium in Saxonico ſcripto contra D. Dionyſij opera apertiſſimè ob oculos ponit, affirmans temeritatis ac impudentiæ ſummæ eſſe vicium, à mendacio nunquam temperare.

Imprimis, nunquam Illyricus docebit, S. Dionyſiũ citare de diuinis nominib. cap. 5. ſub finẽ, Clementẽ Alexandrinũ, nam citatur Clemens Philoſophus: non veretur tamẽ Flaccius ſuo in ſcripto Saxonico aſſerere Alexandrinum. nónne & nos potius dicemus Romanum, qui eo- *Impoſtura Illyrici.*

eodem ſæculo vixit, à S. Dionyſio citatum. Et ante nos Diui Areopagitæ interpretes ita annotarunt. Profectò Clementem Rom. Pontificem, Græcarum diſciplinarum, & potiſſimè Matheſeos, peritiſſimum, etiam ex libr. 5. recogn. à Ruffino verſo, ante. 1100. annos, & ex conuerſa Epitome rerum geſtarum per D. Petrum, à Perionio Monacho Cormœriaceno in Turonia, oſtendere dilucidè poſſumus. Vnde nō vulgarem Philoſophum, ſed ſummū extitiſſe conuincemus. Quid ſi alter nobis vellet hunc Clementem Philoſophum à S. Dionyſio citatum, fingere, haud eſſe Alexandrinū, vel Romanum, ſed tantùm Philoſophū Chriſtianū quēdam Clementē? Nónne ſola veterū ſentētia ante Illyricū depugnandum eſſet? Quid Illyricus oſtendet pro ſuo emētito Alexandrino, cuius ſentētiam à noſtro Dionyſio de diuinis nominibus citari ex. 5. ſtromatum effutit? Relegat vtriuſque ſcripta de ideis diligenter, & ſciet ſe idea Illyricana minimè

Areo-

Areopagas & Alexandrinas penetraſſe ideas, de quibus ſuper hac re eſt quæſtio. Verùm, non fuit impoſſibile Clemẽtem Alexandrinũ eandem poſtea ſcribere de ideis ſententiam, cum Areopagica conuenientem, quæ prius è cenſura D. Clementis PP. & antea Philoſophi, exordium habuerat. Sed hac de re alibi latius diſputatum eſt: hac tamen digreſſione monere volui Lectorem, vt apud ſe expenderet coniecturas, etiam abſurdiſſimas, quibus conantur aduerſarij veterũ pia ſcripta abrogare, ne exploſæ eorum hæreſes etiam à primitiua Eccleſia videanrur. Cæterùm, ex Patribus à me citatis arbitror ſolidè demonſtratũ, Chriſtum in cœna ſeſe mactatum modo incruento obtuliſſe. Et Sacerdotes noui teſtamenti, eius iuſſu, id quotidie efficere pro omni neceſſitate, ſiue viuorũ, ſiue defunctorum.

SECTIO .XVI.

VERBA Domini (HOC facite) veteres communiter ad ſacrificij peragendi

eodem ſæculo vixit, à S. Dionyſio citatum. Et ante nos Diui Areopagitæ interpretes ita annotarunt. Profectò Clementem Rom. Pontificem, Græcarum diſciplinarum, & potiſſimè Matheſeos, peritiſſimum, etiam ex libr. 5. recogn. à Ruffino verſo, ante. 1100. annos, & ex conuerſa Epitome rerum geſtarum per D. Petrum, à Perionio Monacho Cormœriaceno in Turonia, oſtendere dilucidè poſſumus. Vnde nō vulgarem Philoſophum, ſed ſummū extitiſſe conuincemus. Quid ſi alter nobis vellet hunc Clementem Philoſophum à S. Dionyſio citatum, fingere, haud eſſe Alexandrinū, vel Romanum, ſed tantùm Philoſophū Chriſtianū quēdam Clementē? Nōnne ſola veterū ſentētia ante Illyricū depugnandum eſſet? Quid Illyricus oſtendet pro ſuo emētito Alexandrino, cuius ſentētiam à noſtro Dionyſio de diuinis nominibus citari ex. 5. ſtromatum effutit? Relegat vtriuſque ſcripta de ideis diligenter, & ſciet ſe idea Illyricana minimè

Areo-

Areopagas & Alexandrinas penetraſſe ideas, de quibus ſuper hac re eſt quæſtio. Verùm, non fuit impoſſibile Clemẽtem Alexandrinũ eandem poſtea ſcribere de ideis ſententiam, cum Areopagica conuenientem, quæ prius è cenſura D. Clementis PP. & antea Philoſophi, exordium habuerat. Sed hac de re alibi latius diſputatum eſt: hac tamen digreſſione monere volui Lectorem, vt apud ſe expenderet conjecturas, etiam abſurdiſſimas, quibus conantur aduerſarij veterũ pia ſcripta abrogare, ne exploſæ eorum hæreſes etiam à primitiua Eccleſia videanrur. Cæterùm, ex Patribus à me citatis arbitror ſolidè demonſtratũ, Chriſtum in cœna ſeſe mactatum modo incruento obtuliſſe. Et Sacerdotes noui teſtamenti, eius iuſſu, id quotidie efficere pro omni neceſſitate, ſiue viuorũ, ſiue defunctorum.

SECTIO .XVI.

VERBA Domini (HOC facite) veteres communiter ad ſacrificij peragendi

gendi mandatum & inſtitutum retuliſſe ſicut par erat, ſecundum Dei verbum aliquot eorũ teſtimoniis apertiſſimis oſtendere conabimur, vt Illyrici ſociorumque eius aſinariam pertinaciam, cum ſumma mentiendi libidine coniunctam, luce (quod aiunt) meridiana lucidius demõſtremus. Primus in aciem prodeat D. Cyprianus Martyr ante Annos. 1300. lib. 2. epiſt. 3. dicẽs: *Nam ſi Ieſus Chriſtus Dominus & Deus noſter, ipſe eſt ſummus Sacerdos Dei Patris, & ſacrificium Deo patri ipſe primus obtulit. Et hoc fieri, Luc. 22. in ſui cõmemorationem præcepit. Vtiq; ille Sacerdos vice Chriſti fungitur, qui hîc id quod fecit Chriſtus, imitatur. Et ſacrificium verum & plenum tunc offert in Eccleſia Deo patri, ſi ſic incipiat offerre, ſecundum quod ipſum Chriſtum videat obtuliſſe.*

Cypr. ãno 259. i epiſ.

Idem de cœna Domini: *Ex quo à Domino dictum eſt, Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem. Hoc eſt caro mea, & hic eſt ſanguis meus, quotieſcunque his verbis & hac fide actum eſt, panis iſte ſub-*

Cypr. de cœn. Do.

ſtan-

ſtantialis, & calix ſolemni benedictione ſacratus, ad totius hominis vitam ſalutemque proficit, ſimul exiſtens medicamentum & holocauſtum, ad ſanandas infirmitates, & purgandas iniquitates. Paulò pòſt: *Perpes eſt hoc ſacrificium, & ſemper permanens holocauſtum, nulla panem hunc multitudo conſumit, nullaque veteraſcit antiquitate: Dominus (namque) vſque hodie hoc veraciſſimum ſuum corpus creat, & ſanctificat, ac piè ſumentibus diuidit.* hucvſque S. Cyprianus. Quibus verbis Sanctus Præſul multa affirmat contra aduerſariorũ paradoxa. Vnum, quo Chriſtum in cœna obtuliſſe Deo Patri ſacrificiũ teſtatur, idque inſtituiſſe in Eccleſia, vt ſimiliter Sacerdotes DEO Patri, tanquam vices agentes Chriſti in miniſterio, offerrent. Alterum, quo tuetur mandatum Preſbyteris, his verbis HOC facite, vt offerant Deo Patri ſacrificium iſtud verum & plenum ſanctiſſimi ſui corporis, antequã diſtribuant. Dicens autem verum & plenum Patri offerendum, apertiſſimè conteſta-

teſtatur non eſſe figuratiuum tantùm, aut memoriam ſine oblatione. Subinde conſtanter docet, Chriſtum in Euchariſtia eſſe non ſolùm vt manducetur, ſed etiam vt immolatus patri pro nobis offeratur. Vnde eum extra vſum & manducationem, aduerſum omnes Buceri aſſeclas, exiſtere comprobat in Euchariſtia, vt offeratur per ſacerdotes Deo patri in Eccleſia. Quartò, Euchariſtiam confici demonſtrat nõ manducatione & vſu, ſed fide ſolenniq; benedictiõe. Deinde, ſuo calculo comprobat, vnum & idem noſtrum Euchariſtiæ ſacrificium, eſſe Chriſtum immolatum: vnde inconſumptibile vocat ſacrificium & holocauſtum, ad ſanandas infirmitates, & purgandas iniquitates ſaluberrimũ. quoniam Chriſtus Ieſus in cœna fecit ſuum mactatũ corpus pro nobis. Demùm, Chriſtum eſſe exponit, qui quotidie per ſacerdotes offert, ſui diuini verbi virtute, benedicit, creat, & diſtribuit piè ſumentibus, ſuum ſanctiſſimum veraciſſimumque corpus.

Verumenimuerò, ab Apoſtolorum ſæculo interpretationem exordiamur verborum Domini HOC facite, vt videat ſua mendacia Illyricus, quibus impudentiſſimè affirmat, veteres nihil de oblatione cœnæ tradidiſſe, & SS. Patres Tridentinos, & me hanc nouitiam interpretationem de ſacrificio finxiſſe. Negabit'ne ante œcumenicam Synodum Tridentinam, & ante meum ſæculum, B. Cyprianum ſcripſiſſe ad Cœciliū, & docuiſſe, ſicut docemus, de oblatione Chriſti? Erat ergo Pater Tridentinus Sanctus Martyr Cyprianus, qui eſt interpretatus HOC facite, etiam de ſacrificio, ſicut nos intelligimus. Huic propterea ſupplex ſum, vt Chriſtum pro me precetur, quatenus poſſim aduerſus Illyrici giganteū bellum perpetuum Chriſti ſacrificium vindicare.

S. Martialis vnus è. 70. Domini diſcipulis, Lemouiceñq; Apoſtolus, epiſtola ad Burdegaleñ. cap. 3. quum meminiſſet altarium & idolorum euerſorum, vnam *S. Martialis Chriſti Diſc. anno. 80.*

aram

Huius epiſtolæ meminit Illiric. cent. 3. pag. 5.

aram DEO ignoto anteà conſecratam affimat, reſeruatam tantùm, & nunc in Dei nomine ad B. Stephani memoriam dedicatam. Et ſubiungit, *Sacrificium ac oblatio munda Deo creatori offertur, non tantùm in altari ſanctificato, ſed vbiq. Malach. 1. ſicut teſtatus eſt, cuius corpus & ſanguinem offerimus in vitam æternam, dicentes Deum eſſe ſpiritum, & eos qui verè eum adorant, adorare in ſpiritu & veritate, corpus immaculatum in ara crucis immolatum, quod nos in altari ſanctificato ſalutis noſtræ cauſa proponimus, hoc ſolo remedio ſcientes vitam nobis præſtandã, & mortem effugandam: hoc enim ipſe Dominus noſter iuſsit nos agere in ſui cõmemorationem. Luc. 22.* Animaduerte quæſo Chriſtiane Lector, nõ hoc ſæculo trecentorum annorum natũ, aut inſtitutũ, vt in nomine Dei dedicentur, conſecrentur, ſanctificenturque Altaria ad S. Martyrum memoriam, nõ vt ſacrificemus Sanctis Dei electis (ſicut calumniabantur olim Manichæi) ſed vni Deo Sanctorũ & noſtro in

in beatorum memoriam, vt eorum preci bus adiuuemur, ſicut ait Auguſt. libr. 22. de ciuit. cap. 10. ac. 20. contra Fauſtum cap. 21. & tract. 84 in Ioan. Subinde vocat diuinum corpus ſpiritum & vitam, quia viuus offertur & ſumitur innocens ac integer ſicut ſpiritus, quoniam vitam & ſpiritum Dei facit nos habere, quia vitam & ſpiritum in vnitate ſuppoſiti retinet, quoniam ſpiritus eſt caro Chriſti rationalis, reſpectu noſtræ, aut animalium Legis, quæ erant tantùm vmbræ & corpora ſine ſpirituali vita. Spiritus etiã dicitur diuina caro pro nobis mactata, ac vita, quia ſuo ſacrificio concedit vitã, quam legalia præſtare haud poterant. Demùm ait, nos offerre ſecundum Dei præceptum corpus Chriſti immolatum, quod fit cauſa ſalutis noſtræ in vitã æternam, & ad mortem hoc ſolo remedio effugandã. Probet autem Illyricus cum ſuis, has epiſtolas ſuppoſititias, ſi poteſt. Coniecturas autẽ, cum excluſiua ſua argumentandi arte, inter anicularum in-

Caro Chriſti dicitur ſpũs, quinq; de cauſis.

M eptias

eptias ſciat nos numerare. Fidem verò refractariis facere poſſunt Aquitaniæ copioſa ſuper his rebus monumenta.

S. Clemens Philip. 4. laudatur ab apoſtolo

Anno. 90. pag. 27.

Præclarè noſtram fidem de offerendo incruento ſacrificio obfirmat ante annos. 1470. B. Clemens Euangelizans cũ S. Paulo, & auditor Diui Petri in Epitome cõſtitutionum Apoſtolicarum, quæ epitome habetur etiam tom. 1. Concil. dicens: *Primus itaque natura princeps ſacerdotum, eſt Dei vnigenitus Chriſtus, qui non ipſe ſibi dignitatem arripuit, ſed à Patre conſtitutus eſt. Qui factus homo propter nos, & ſpiritalem hoſtiam offerens Deo & Patri ſuo antequam pateretur, nobis con-*

Luc. 22. *ſtituit ſolis hoc facere, quanquam eſſent nobiſcũ & alij, qui in ipſum crediderant.* Non obſcurè Diuus Clemens inſinuat Chriſtum in cœna antequam pateretur Deo Patri obtuliſſe ſeipſum, & Apoſtolis id faciendũ mandato expreſſo obſignaſſe. Demùm, quoad ſolos Sacerdotes pertinent hæc verba, HOC facite, ſecundum quod ius ſacrificandi conficiendiq; inuol-

uoluunt. Nam aliud eſt de ſumptione & diſtributione. Idem Sanctus Pontifex iſtam fidem deſcribit, libr. 8. conſtit. Apoſtol. cap. 17. inquiens: *Similiter & calicem miſcens ex vino & aqua, & ſanctificans, tradidit eis, dicẽs: Bibite ex eo omnes. Hic eſt ſanguis meus qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorũ, hoc facite in* Luc. 22. *meam cõmemorationem, quotieſcunq; enim comederitis panem hũc, & biberitis calicem hunc, mortem meam annunciabitis donec veniam. Memores igitur paſſionis eius & mortis, nec non ex mortuis reſurrectionis, atq; in cœlos aſcentionis, & futuri eius ſecũdi aduentus, in quo veniet cum gloria & virtute iudicare viuos & mortuos, ac reddere vnicuique ſecundum opera ſua. Offerimus tibi Regi & Deo ſecundũ eius ordinationẽ panem hunc, & calicem hunc, gratias tibi agẽtes, eò quòd nos dignos feciſti aſſiſtere in conſpectu tuo, & fungi ſacerdotio tibi.* hæc D. Clemẽs. Ex cuius verbis cunctis probatiſſimum euadit, Chriſtum in cœna his verbis, HOC facite, inſtituiſſe non tan-

tùm manducationem, ſed etiam oblationem ac ſacerdotium ad offerendum panem, qui eſt corpus Domini, & poculum, quod eſt Chriſti ſanguis, in memoriam paſſionis Chriſti Ieſu Domini. Prætèrea hic D. Clemẽs non tam refert ſua verba, ſuumq; intellectum, quàm Chriſti & Apoſtolorum, quorum deſcribit conſtitutiones.

D.Dionyſi9 Areopagita Anno.95. Magnus Galliarum Apoſtolus, Athenienſis, hinc Parriſienſis Antiſtes, Chriſti Martyr inſignis, Apoſtolique Pauli Diſcipulus, hac de re non obſcurum dat teſtimonium lib. de Eccleſ. Hierarchia cap. 3. dicens: *Nos diuinam imitatio nem & aſſimilationẽ habere cum Deo, quoniam Chriſtus factus eſt homo, carnemque eandem nobis cõmunicauit, vt diuinæ natu*

Luc.22. *ræ conſortes ſimus, & quoniã facimus in ſui memoriam, quod fecit, fieriq; mandauit, ad recordationem: vnde Sacerdos laudans ea quæ Chriſtus fecit pro nobis, venit in ſymbolicam ſeu myſticam eorum ſacrificationẽ, ſe excuſando de indignitate, & audens ex*

obe-

obedientia, quoniam Deus dixit: Hoc facite in meam recordationem, quamobrem ſacrificat, & laudat diuiniſſima. Quibus verbis ſanctus Præſul apertè oſtendit Chriſtum non immolari cruentè denuò, vocans iſtam ſacrificationem ſymbolicam & myſticam: quia ſub ſymbolis panis & vini immolatur myſticè, ſeu incruentè, Chriſtus Ieſus, in memoriã paſſionum, quam pro nobis tulit. Et iſtud ſacrificium incruentum, quod eſt memoria cruenti, à Domino eſt in cœna inſtitutum, & non tãtùm conſecratio, manducatio, & diſtributio. Vetuſtiſſimorum Chriſtianorum Pater & defenſor D. Iuſtinus Preſbyter & Martyr, verba cœnæ ad ſacrificaturam noui teſtamenti in dialogo cum triphone refert, inquiens: *Vacca quæ pro his qui elephantia expiarentur, immolari iuſſa eſt, figura erat, & quaſi quoddam ſimulacrum panis Euchariſtiæ, quem mortis ſuæ recolendæ cauſſa, quem pro his quorum animi ab omni ſcelere expiarentur, Ieſus Chriſtus Dominus noſter facien-* Luc. 22.

S. Iuſtinus Philoſophus Anno. 140.

dum tradidit: de hoſtiis quæ à nobis gentibus vbiq; offeruntur, id eſt, de pane Euchariſtiæ, & poculo ſimiliter Euchariſtiæ, tum prædicit, cùm ait, à nobis nomen ſuum gloria affici, à vobis autem pollui. Et adducens locum Eſaiæ. 33. 16. Panis ei datus eſt, ait: *Illud quidem perſpici poteſt, in hac etiam Prophetia de pane fieri mentionem, quem nobis Chriſtus noſter conficiendum tradidit,*
Luc. 22. *vt corpus eum factum eſſe recordaremur, eorum cauſſa qui in ipſum credunt, propter quos etiã patibilis extitit, & de poculo quod recolendi ſui ſanguinis cauſſa conficiendum gratias agentibus tradidit*. Item idem ibidem: *A nemine Deus hoſtias accipit, niſi à Sacerdotibus ſuis, vniuerſos igitur qui per nomen iſtius offerunt ſacrificia, quæ Ieſus Chriſtus fieri tradidit Luc. 22. hoc eſt, in Euchariſtia panis & poculi, quæ in omni loco à Chriſtianis fiunt, Deus præuertens, ac ſibi grata eſſe teſtificatur. Quæ autem à vobis & veſtris ſacerdotibus offeruntur, renuẽdo abiicit, inquiens, ſacrificia veſtra non ſuſcipiam de manibus veſtris*. His ſanè

S. Iuſtinus de veritate Chriſtianæ relig. tom. 2. apud Ioan. Langum. pag. 238.

apertiſſimis verbis B. Martyr Iuſtinus confirmat verba cœnæ referenda non tantùm ad ſumptionem, ſed etiam ad conſecrationem, oblationem, ac ad ſacerdotium Euangelicum defendendum contra aduerſariorum cæcam libidinem. Subinde docet, iſtud ſacrificium panis, eſſe corpus Chriſti pro nobis factum & mactatum, vnde immolamus in memoriã ſuæ acerbiſſimæ paſſionis. Habuerũt ergo meritas muneris ſui ſedes in generali ſynodo Tridentina, Chriſtus, Apoſtoli, S. Martialis, cum aliis Diſcipulis Domini, Clemens, Alexander, Dionyſius, Iuſtinus, Irenæus, Niceni. 318. Patres, Cyrillus Hieroſol. Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Nyſſenus, ac Cyprianus, & alij, quos pro ſacrificio abundè, non minus quàm lucidè ſuprà pro noſtra fide tuenda adduxi. Pudeat iam Illyricum ſuæ inſcitiæ, vel potius (vt arbitror) meretriceæ impudentiæ, qua non veretur Eccleſiæ Dei viuentis detrahere, ac ſi nunquam veteres verba cœnæ ad

Patres in ſpiritu pſentes Tridenti.

oblationem incruentã retuliſſent, vt fecit catholica ſynodus, quam Flaccius cũ ſuis miſeræ plebeculæ mendaciis palpabilibus conatur reddere ſuſpectã, odioſamq;. Quòd ſi veteres hunc locum de ſacrificio nunquã interpretati fuiſſent, non tamen negarũt, in cœna Chriſtum obtuliſſe panem, qui de cœlo deſcendit: nec iſta verba, HOC facite, non poſſe intelligi de ſacrificio, aliquando dixerunt, vt noui Prædicantes fingunt. Imò de ſacrificio Eccleſiæ incruẽto, conſtanter & vniformiter teſtati ſunt, cuius rei duo tãtùm teſtimonia, ex multis omiſſis, adducam: vnum Quinti Septimij Florẽtis Tertulliani lib. de orat. ſect. de ſtatio. ſub finem, ante annos. 1369. dicentis: *Similiter de ſtationũ diebus, non putant plæriq; ſacrificiorũ orationibus interueniendum, quòd ſtatio ſoluenda ſit accepto corpore Domini. Ergo deuotum obſequium Euchariſtia reſoluit, an magis Deo obligat? nónne ſolemnior erit ſtatio tua ſi & ad arã Dei ſteteris? Accepto corpore Dñi, & reſeruato, vtrunq; ſal-*

Tert. apbri. anno. 200. floruit.

ſaluum eſt, & participatio ſacrificij, & executio officij. hæc Tertullia. Imprimis dies delectos commemorat ad feriandum ſeu ſtandũ in Eccleſia, ad certas vſq; horas. Subinde meminit orationũ, quæ fiebant in ſacrificiis ſacri corporis & ſanguinis Domini, vnde ſubdit horũ participationem. Dicitur propterea Euchariſtia ſacrificiũ laudis, & oratio ſeu deprecatio, quia in eius oblatione laudes & gratiarum actiones Deo offeruntur, & orationes celebrantur, ſicut act. 6. 4. &. 2. cap. prior. ad Timoth. verſu. 1. hinc eſt quòd hoc nomine aliqui veterũ vocarunt Miſſam, ſeu actionem Sacerdotis ad Altare pro Regibus, & Principibus, pro tranquillitate. &c. vt Cyrillus Hieroſolym. Catecheſ. 5. Auguſ. epiſt. 59. Ambroſ. & Chryſoſt. in Epiſt. ad Thimo. 1. cap. 2. Theophil. Haymo, & Anſelmus. Tertiò ſuo ſæculo oſtendit aras fuiſſe, ad offerendum hæc tam ſancta Dei dona. Sed quum Lutheranis menſæ non ſint etiam aræ, conſequens eſt, nihil cum primitiua

Eccleſia eos hac in re commune habere. Deinde affirmat, ſaluum eſſe accipere corpus Domini,& reſeruare .ſ. vt ſumatur tanquam viaticum in tempore opportuno, quod factum oſtendit idem Tertull. lib. 2. ad vxorem. Euſeb. lib. 6. cap. 44. Cyprian. ſermo. 5. de lapſ. Dionyſ. Corint. epiſtola ad Fabian. Antiochen. Hieron. ad Ruſtic. Arauſicana ſynodus. can. 3. Nicena. 1. can. 16. Cyrill. Alexand. Epiſtola ad Caloſyr. Iren. Epiſtola ad Victor. ex Euſeb. lib. 5. cap. 14. Ambroſ. ſermo. funeb. de fratre ſuo Satyro, Chryſoſt. epiſtola ad Innocentiũ, Baſilius epiſ. ad Cæſari. Patriciam, Clemens epiſt. 2. Iuſtin. lib. nouellarũ conſtit. 115. ſect. 484. In epitom. Iuliani Patritij Conſtantinop. Non eſt propterea impiũ, credere Euchariſtiã extra vſum, ac reſeruare, aut deferre infirmis, vel tranſmittere abſentibus, ſicut fiebat in primitiua Eccleſia, vt Iuſtinus S. Martyr teſtatur Apolog. 2. pro Chriſtianis.

Tertul. Euſ. Cypr. Dion. corr. Hiero. Arauſican. &c. & Nic. 1. Cyril. Alex. Iren. Ambr. Chryſ. Baſil. Clemens, Iuſtinianus Imperator.

Alterum teſtimonium eſt venerabilis

Bedæ Presbyteri ante annos. 879. in capite. 10. ad Hebræos, dicentis: *Sapientia ædificauit ſibi domum, Prouerb. 9. & ſuffulſit columnas ſeptem, immolauit ſuas victimas, miſcuit in cratera vinũ ſuum, & parauit menſam ſuam: venite, manducate de meis panibus, & bibite vinum quod miſcui vobis. Hîc certè agnoſcimus, Dei ſapientiam, hoc eſt, verbum Patri coæternum, in vtero virginali domum ſibi ædificaſſe, corpus humanum, & huic tanquam capiti membra, Eccleſiam ſubiunxiſſe, Martyrum victimas immolaſſe: menſam in vino & panibus præparaſſe, vbi apparet Sacerdotiũ etiã ſecundum ordinem Melkizedec. Participationem menſæ huius Sacerdos ipſe Mediator noui Teſtamenti exhibet ſecundũ ordinem Melkizedec, de corpore & ſanguine ſuo. Id enim ſacrificium ſucceſſit omnibus ſacrificiis veteris Teſtamenti, quæ immolabantur in vmbra futuri, quia pro illis omnibus ſacrificiis, & oblationibus, corpus eius offertur, & participantib. miniſtratur.* Idem in cap. 5. eiuſdem epiſtolæ: *Erant anteà*

Venerab. S. Beda monach⁹. an. 590 i Pau. tom. 6

Supſcrip. in Beda, ex Auguſt. i Pſ. 33

Iu-

Iudæorũ ſacrificia in victimis pecorum ſecundum ordinem Aaron, & hoc in myſterio, quia nondum erat ſacrificiũ corporis & ſanguinis Domini, quod fideles norunt, & qui Euangelium legerunt, quod ſacrificiũ nunc diffuſum eſt toto orbe. Proponite ergo vobis ante oculos duo ſacrificia, & illud ſecundum ordinem Aaron, & hoc ſecundum ordinem Melkizedec. Hæc venerabilis Beda, quibus verbis ſacrificium panis & vini ſecundum ordinem Melkizedec, id eſt, corporis & ſanguinis Domini apertè deſcribit ac diſtinguit à cruento ſacrificio. Subinde hanc noſtram Euchariſtiã ſucceſſiſſe ait omnibus ſacrificiis: hæc autem Euchariſtia offertur Deo, & participantibus miniſtratur. Demùm, huic Euchariſtiæ proprium Sacerdotium aſſignat: & menſam eam eſſe non Sacramẽtalis participatiõis tantùm, ſed prius eſſe altare, in quo ſacrificiũ panis & vini, ſeu corporis Chriſti, qui eſt panis viuus, & ſanguinis Domini, qui eſt vinum regni Patris veræ vineæ electæ, offertur

Deo

Deo antequam diſpenſetur.

Cæterùm, ne Illyricus magis inſoleſcat, ex abundanti duo de incruento ſacrificio afferam teſtimonia: primum, primæ erit Synodi Nicenæ. 318. Patrum, can. 18. *Peruenit* (inquiunt) *ad ſanctum Cōcilium, quòd in locis quibuſdam & ciuitatib. Preſbyteris Diaconi ſacramēta porrigant. Hoc neque regula neque conſuetudo tradidit, vt hij qui offerendi ſacrificij nō habent poteſtatem, his qui offerūt corpus Chriſti porrigāt.* Nónne dicunt hæc ſacramenta communionis myſticæ, eſſe etiam ſacrificia, quæ conficere, offerre, & diſpenſare Diacones non poſſunt? Non diſſimilis eſt Synodus Epheſina prima, inquiens: *Annunciantes enim ſicut ſecundum carnem mortem vnigeniti filij Dei, id eſt, Ieſu Chriſti, & reſurrectionem eius, & in cœlos aſcenſionem pariter confitentes, incruentam celebramus in Eccleſiis ſacrificij ſeruitutē, ſic etiam ad myſticas benedictiones accedimus, & ſanctificamur, participes ſancti corporis & precioſi ſanguinis Chriſti omnium noſtrorū redempto-*

Idem habet Alexandr. Syno. i Egip. vt refert D. Cyril. ep. 10

ptoris effecti. Satis apertè ij ducenti Epiſcopi in Epheſo cōgregati incruentum ſacrificium corporis & ſanguinis Domini, ante eius participationem, affirmant à ſe celebratum. *Nihil enim in ſacramentis corporis & ſanguinis Domini offerendum eſt, niſi panis & vinū aqua miſtū, ſicut ipſemet Dominus tradidit.* aiunt Patres Carthagin. *Quia in ſacramento panis & calicis, ipſum Chriſti corpus & ſanguis offertur.* teſte B. Fulgētio. At Lutherani negant panem & vinū primò, hinc corpus & ſanguinem Domini offerenda. Affirmant Carthaginenſes aquā miſcendam vino ante oblationem ex Domini traditione. Cæcutientes autē aduerſarij nec apponendam aquam vino dicunt, & nunquam Deo offerunt corpus & ſanguinem Domini. Nunc propterea facilimè diiudicari poteſt, qui ſint diuinarū traditionum contemptores, & piarum rerū veteratores. Iam ſimiliter peruium eſt cunctis, nos non ſacrificium nouum mundo inuehere: ſed ab Apoſtolis ac-

Synod. Cart. 3. can. 24.

cep-

ceptum, Epiſcoporum ſucceſſione, ab hæreticorũ ſycophantia vindicare. Semper ergo diuini Patris plantatio de fidelium ſacrificio euchariſtico, laudis, incruento, exangui, panis & vini, ſecundũ ordinem Melkizedec, id eſt, corporis & ſanguinis Domini, quæ offerũtur in memoriam paſſionis, permanebit in Chriſtiana Eccleſia, vt Patres ſancti loquuntur. Pſal. 109. quorum ſenſui communi, ſeu Catholico, ſi corde crederet Illyricus, non eſſet (vt loquitur) inſanus & atheus.

SECTIO .XVII.

SVPRA B. Irenæi conteſtatione firmum feci, Eccleſiam à Chriſto per Apoſtolos noui Teſtamenti nouam docuiſſe oblationem, & accepiſſe, quamobrem moneo Lectoré, *vt agnoſcat Eccleſiam Chriſti offerre Deo in ſimplicitate ſacrificium purũ, primitias ſcilicet creaturæ Dei, vnde hoc eius munus acceptatur, & nomen Dei glorificatur, ne ſit infructuoſa & ingrata non offerendo Deo primitias, quæ ſunt caro & ſanguis Chriſti Ieſu, offerenda*

Iren. lib. 3. cap. 32.

Idem cap. 34. lib. 3.

Exo. 23. 19

ac ſumenda, ſed prius reconciliatione coram Altari facta cum fratre inimico, quoniam dixit: relinque munus coram Altari, & vade prius fratri tuo reconciliari, Mat. 5. Verùm noſtrates Prædicãtes, menſam tantùm, vt epulentur, habent: at Eccleſia Altare de quo edunt ſoli religioſi fideles, & non qui tabernaculo deſeruiunt. Prædicãtes non habent munus quod offerant ad Altare, ſed cibum quem tantùm ſumant. *Fideles autem datum à Deo ſummum munus corporis & ſanguinis Domini offerũt, vt non appareant in conſpectu Dei ſui vacui, ſicut præcepit Moyſes. Verùm illud ſeruorum ſacrificiũ, iſtud autem liberorum, quoniam mutata ſunt ſacrificia.* An obſcurus eſt tibi Chriſtiane Lector, ſermo Irenæi de Eccleſiæ ſacrificio? Sed aduerſariis noſtris menſa eſt familiaris, Chriſto autẽ, Apoſtolo, & Eccleſiæ menſa eſt Altare. Altare propter ſacrificium, menſa autem propter ſacrificij cõuiuium & participationem. Aram habent nonnulli, ſed ſine ſacrificio: ſicut patrem ſine

Matt. 5 Heb. 13. Deut. 16

filij

Filij correlatione,quod eſt merum com mentum hominum,ineptias pro verita- te ſerentiũ. Alij demùm non minus ſunt ſtolidi,qui in Eccleſia ex ſcripturis alta- re quidem agnoſcũt, ſed allegoricum & metaphoricum: habeant,cõſequens eſt, & ſacrificium allegoricum & metapho- ricum,reconciliationemq́; allegoricam, & participationem metaphoricam:ſicut enim eſt altare,ſic lex,teſtamentumq́;,& ſacrificiũ, ac ſacrificij participatio erit. Verùm, Dei Eccleſia habet altare verũ, ac ſacrificiũ purum corporis & ſangui- nis Domini,vnde laudamus Dominum, primitias ei offerentes panis,qui viuit in æternum,& vini,quod fabricatum à Spi ritu ſancto, Deum & homines, libatum potumq́;,lætificat. Iudic. 9. Cœnam Do minicam,vt ſacrificiũ,per Domini ver- ba, Hoc facite in meam cõmemoratio- nem, Luc. 22. tractauit Origenes circiter annum Domini. 233. in cap. 23. Leuit. Homil. 13. Tom. 1. dicens: *Duodecim pa nes facierum coram Domino, ſunt quædam* *Origen. ante. 1330. annos.*

 exo-

exoratio, commemoratio, ac repropitiatio coram Domino, vt Tribus coram Domino iugiter commemoratæ maneant. Sed ſi hæc ad myſterij magnitudinem reuertãtur, inuenies cõmemorationem iſtam habere ingentis repropitiationis effectum. Si redeas enim ad
Ioan.6. Rom.3. *illum panẽ, qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo, illum panẽ propoſitionis, quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in*
Luc.22. *ſanguine eius: & ſi reſpicias illam commemorationem de qua dicit Dominus, Hoc facite in meam commemorationem, inuenies quòd iſta eſt commemoratio ſola, quæ Deum hominibus facit propitium.* Quibus verbis Origenes ex analogia panum propoſitionis, qui Domino offerebantur, ac iugiter coram eo manebant in cõmemorationem duodecim Tribuum, cõcludit cœnæ Dominicæ celebrationem non ſolùm quatenus ſumitur, ſed quatenus offertur in cõmemorationem coram Domino, eum hominibus in effectu facere propitiũ. Huius fidei aſſertor eſt B. Ambroſius lib. 4. de Sacramen. cap. 6. dicẽs:

Deinde

Deinde quantum ſit Sacramentum agnoſce, vide quid dicat: Quotieſcunq; hoc feceritis, toties mei commemorationem facietis, donec iterum aduenīam. Et Sacerdos dicit: Ergo memores eius glorioſiſſimæ paſſionis, & ab inferis reſurrectionis, & in cœlum aſcēſionis, offerimus tibi hanc immaculatam hoſtiam, rationabilem hoſtiam, incruentam hoſtiam, hunc panem ſanctū, & calicem vitæ æternæ, & petimus & precamur, vt hanc oblationē ſuſcipias in ſublimi Altari tuo per manus Angelorū tuorum. Ecce verba diuini Canonis recitat D. Ambroſius de oblatione facienda ſeu offerēda in Chriſti memoriam, & non tantùm ſumenda, vt garrit Flaccius. Deinde rogat Deum, vt habeat hanc oblationem acceptam in Altari ſublimi. Sed cæci Lutherani pronunciant hanc eſſe ſummam blaſphemiam, quia Patrem propitium filio petimus. Ambroſius ergo Sacerdotesq; omnes à primitiua Eccleſiá reprobi & impij ſunt? Abſit. Sed libidine percuſſi Lutherocaluinates, neſciunt de quibus affirmant, vel

Ambroſ. An. 380.
Luc. 22.
1. Cor. 11.

quæ loquuntur, de Eccleſiæ intentione perperam iudicantes. Rogat enim ſummi Dei ſacerdos Patrem omnium Deũ, vt oblationem corporis & ſanguinis filij ſui, de ſe digniſſimã ſufficientiſſimamq́;, dignetur propitio ac ſereno vultu reſpicere in hunc vſum finemq́; religioſum, pro quo eam offerre, inſumere, ac diſpenſare contendit. Vult ergo eam eſſe acceptam Deo ratione huius vel illius effectus, pro quo eam offert, ac diſpenſat.

Offert ſecundò, vt Deus ſit propitius non ratione oblationis in ſe, quæ Deo acceptiſſima eſt; ſed etiam vt non ſit indignus miniſter per quẽ Chriſtus offert, & ſic beneficiorum Dei fiat particeps, ſicut Abrahã, Iſaac, & Melkizedec fuerunt digni ſacerdotes. Et quomodo erit veriſimile, Eccleſiam Dei, quæ necdum eſt, aut fuit, vel erit vnquam ſtupida, hoc intendere, quod Apoſtatæ ad deludendum populum fingunt? Nam illa precatur Patrem per Filium, vocat eam oblationem, puram, ſanctam, ſacrificium laudis,

dis, incruentum, panem ſanctum vitæ æternæ, & ſalutis perpetuæ calicem, oblationem rationabilem, oblationem corporis & ſanguinis Domini Ieſu, pro redemptione animarū noſtrarum, pro ſpe ſalutis & incolumitatis: quónam pacto ergo in Eccleſiæ animum venire poſſet, hanc oblationem non eſſe Deo acceptiſſimam? Precamur enim acceptam fore non ratione rei, ſed miniſtri offerentis, eſſe, inquam, DEO gratam ob finem & effectum, propter quos eam inſumimus diſpenſamusq́;. Vnum adhuc locū audi, quæſo, ex diuo Ambroſ. in. 10. cap. Epiſtolæ ad Hebr. inquiente: *In Chriſto ſemel oblata eſt hoſtia potens ad ſalutem ſempiternam. Quid ergo nos? nónne per ſingulos dies offerimus? Offerimus quidem, ſed recordationem facientes mortis eius, & vna eſt hæc hoſtia, nō multæ. Quomodo vna eſt, & non multæ? quia ſemel oblata eſt in ſancta ſanctorum, hoc autem ſacrificium exemplar illius eſt. Idipſum ſemper offerimus, nec nunc quidem alium agnum, cras, alium* Ambroſ. ad Hebr. An. 380. Luc. 22.

hodie, ſed ſemper idipſum, proinde vnum eſt hoc ſacrificium. Alioqui hac ratione quoniam multis in locis offertur, multi Chriſti ſunt? Nequaquã. Sed vnus vbiq; eſt Chriſtus, & hic plenus exiſtens, & illic plenus, vnum corpus. Sicut enim qui vbiq; offert, vnum corpus eſt, & non multa corpora, ita etiam & vnum ſacrificium. Pontifex enim noſter ille eſt, qui obtulit hoſtiam nos mundantem. Ipſam offerimus & nunc, quæ tunc oblata quidem cõſumi nõ poteſt, hoc aũt quod nos facimus, in commemorationem fit eius quod factum eſt. Hoc enim facite (inquit)
Luc.22. *in meam commemorationem. Non aliud ſacrificium, ſicut Pontifex, ſed ipſum ſemper offerimus, magis autem recordationem ſacrificij operamur.* hæc D. Ambroſ. Imprimis dignum notatu, quòd eam commemorationem ſacrificij docet, quæ ſit etiã ſimul ipſamet oblatio, quæ, inquam, à nobis offeratur multis in locis, quæ ſit exemplar ſacrificij peracti. At Lutherani eam memoriam habent, quæ non eſt oblatio, quam nõ offerũt in memoriam,

quæ

quæ non eſt exemplar ſacrificij, quum non offeratur. Sicut cœna noſtra non eſt exemplar cœnæ Chriſti, niſi manducemus: ſic nec oblatio, niſi offeramus. Deinde fixum nobis in corde eſſe debet, quòd ait, nos nō facere nouam oblationem, ſed mactatam ſemper offerre. Nos (inquā) idipſum iugiter præſentare Deo ſacrificium: at Lex nouum agnum quotidie offerebat, mactabatque: ſecundò, iterum occidebat: tertiò, inſufficiens erat, quia non tollebat peccata, ſed commemorationem peccatorum offerebat. Demùm, præterita tantùm, & non recidiuationes, quodammodo mundabat. Adde, quòd ſecundum ſacrificium non hauriebat ſuam efficaciam à primo ſacrificio, ſicut Miſſa à cruce ſuam vim habet. Præterea, nō applicabat ſacrificium quod ſufficienter peccatū tolleret, ſicut fit in Miſſa. At Eccleſia in Euangelio ſemper vnū agnum offert, & non plures. Subinde non occidit, vt iterum mactet, ſed ſemel immolatum offert. Elementa

enim mutantur in corpus mactatum. Tertiò, Chriſtus omnium peccata deleuit, tanquam cauſſa vniuerſalis, vnico ſacrificio, ſed ſub conditione, quòd inſumeretur diſpenſareturque per oblationem incruentam. Demùm, futura peccata vnico ſacrificio ſoluit, ideo non opus eſt iterum Chriſtum offerri ad mortem, ſed ſufficit offerre in recordationē eius id ipſum, vt ſit in effectu & vſu inſumptum ſacrificium per incruentam agni immolati oblationem, quoniam dixit, HOC facite in meam recordationem. Sanè offerendam Euchariſtiam in memoriam oblationis cruentæ, teſtatur nō obſcurè B. Euſebius Emeſſenus, circiter annum Domini. 340. hom. 5. de Paſch. dicens: *Ideo quia corpus aſſumptum ablaturus erat ex oculis noſtris, & ſyderibus illaturus, neceſſarium erat, vt nobis in hac die ſacramentum corporis & ſanguinis ſui conſecraret, vt coleretur iugiter per myſteriū, quod ſemel offerebatur in precium, vt quia quotidiana & indefeſſa currebat pro homi-*

Emeſſenus An. 340.

num

num ſalute redemptio, perpetua etiam eſſet redemptionis oblatio, & perennis illa victima viueret in memoria, & ſemper præſens eſſet in gratia. Verè vnica & perfecta hoſtia, fide æſtimanda, non ſpecie, nec exteriori cenſenda viſu, ſed interiori effectu. Luc.22. En apertè pronunciat, memoriā Euchariſtiæ ad oblationem, & non ad ſumptionem tantùm referendam, hancq́; vnam eſſe tantùm oblationem, & non plures, licet debeat eſſe perpetua redemptionis oblatio. Huius ſancti Præſulis attentus beneuolusq́; diſcipulus D. Ioan. Chryſoſt. Bizantinus Patriarcha, circiter annum Domini. 400. fidem præſentem & controuerſiam dilucidè explicat, in Matth. homil. 83. inquiens: *Sicut in commemorationem miraculorum, quæ in Ægypto patres veſtri viderant, faciebatis, ſic & hoc facite in mei commemorationem. Sanguis enim ille ad primogenitorum ſalutem fuit effuſus, hic in remiſſionem peccatorum totius orbis: & quemadmodum Moyſes dicebat, hoc æternum erit vobis memoriale, ſic* Chryſoſt. An. 380. floruit. Luc.22.

& ipſe, in meam commemorationem, donec veniam. Ex quorum verborum contextu colligere licet, noſtram oblationem, ſacrificium eſſe, ſacrificijque memoriam: ſicut agnus mactatus quotannis ab Iſraëlitis erat revera ſacrificiũ, & ſimul etiam memoria beneficiorum Dei indultorum in immolatione agni, quũ exirent miſerã Ægyptum, vnde in perpetuas generationes gratias Deo referebant. Subinde indicat, hoc verbum Facere, determinari in religione vt ſumatur pro conſecrare, offerre, & ſumere in cõmemorationem alicuius, quum dicit, Sicut faciebatis (ſcilicet, immolando Paſcha) in cõmemorationem diuinorum beneficiorum, conſecrando & ſumendo, ſic facite in meam commemorationem. Noſtram fidem de ſacrificio, quòd eſt etiam alterius memoria, explicat antiquus Monachus Heſychius, circiter annũ Domini 380. Diſcipulus etiam magni Theologi Nazianzeni, in Leuit. lib. 6. cap. 22. dicens: *Non oportet nos habẽtes in manibus,*

&

& conſummantes verum myſterium, ſequi figuras, quia Chriſtus primùm celebrauit figuratum Paſcha, poſt hoc autem propriam tradidit cœnam, ex qua nobis eſt oblatio ac ſacrificium intelligibilis agni, quem immolamus & offerimus ſecundum Domini traditionem. Perſpicuè ait, nos offerre agnū intelligibilem ex Domini traditione, HOC facite in meam commemorationē, Luc. 22. & nō tantùm conficere aut ſumere, ſed etiam offerre tradidit, dicens, HOC facite. Non eſt diſſimilis Theodoretus Epiſcopus Cyri, circiter annum Domini. 400. in comment. ſuper epiſt. ad Hebr. cap. 8. tom. 2. dicens: *Si ergo Sacerdos qui eſt ex Lege finem accepit, & Sacerdos qui eſt ſecundum ordinem Melkizedec obtulit ſacrificium, & effecit vt alia ſacrificia non eſſent neceſſaria, cur Sacerdotes noui teſtamenti myſticam leitourgiam peragunt, ſeu ſacrificium? Sed clarum eſt iis qui ſunt in rebus diuinis eruditi, nos non aliud ſacrificium offerre, ſed illius vnius & ſalutaris memoriam agere: hoc enim nobis*

Heſychius Presbyter Hieroſol. An. 380.

Luc. 22.

Theodor. *Præſul* Cyren. *an.* 400.

ipſe

Luc. 22. *ipſe præcepit Dominus, dicẽs, Hoc facite in meam commemorationem.* Clamat apertè nos offerre vnum & idem ſacrificium quod Chriſtus obtulit, licet noſtra oblatio ſit etiam memoria: Hæretici verò eam habent memoriam ſacrificij, quæ ſacrificium non eſt. Demùm ait, non iterari ſacrificium, quoniam id ipſum ſemper offerimus in memoriam paſſionis, ſicut præcepit nobis Dominus. Ecce ſacroſancta cœnæ myſteria, nõ ad ſumptionem tantùm, vt vult Illyricus, retulêre Patres, ſed etiã ad ſacrificium peragendum. Nõ ergo ſumus nos qui hanc cœnam ſacrificium mundo inueximus, ſed vt edocti ab Andrea Apoſtolo, Martiale, Clemẽte, Iuſtino, Irenæo, & aliis, qui ſic Chriſti præceptũ intellexerunt, ita credimus & intelligimus. Hunc Domini verborũ ſenſum Chriſtianus Poëta diſertiſſ. Sedulius eſt ſecutus ſuis in cõmentariis in Epiſtolas Pauli, Hebr. 10. circiter annum Domini. 410. dicens: *Si per vnam hoſtiam mundati eſſent, non ite-*

Sedulius Hybernieñ. Anno. 410.

rum

rum offerrent. Et quamuis nos nō ceſſemus offerre, tamē idipſum offerimus ſacrificium, non alium agnum hodie, alium cras offerentes. Commemoratio peccatorum. Commemorantur peccata, dum quotidie & per ſingulos annos hoſtia pro peccatis offerebatur: nos verò in cōmemorationem Dominicæ ſemel paſsionis quotidie noſtræq́ ſalutis cauſſa offerimus. Luc.22. Perſpicuum eſt ex iis, Euchariſtiam eſſe ſacrificium Domino offerendum, idipſum (inquam) quod obtulit in cruce, eſſe ſimul paſſionis Dominicæ memoriam, eſſe demùm ſacramentum, conuiuium, ac ſacrificij participationē. Primaſius Vticenſis Præſul eximius, circiter annum Domini. 440. in commentariis ſuper Epiſt. ad Heb. cap. 10. hunc omnem noſtrum laborem leuat, dicens: *Quid ergo dicendum eſt? Nunquid & Sacerdotes noſtri quotidie idem nō agunt, dum offerunt aſsiduè ſacrificium? Offerunt quidem, ſed ad recordationem mortis eius, & quia quotidie peccamus, & quotidie indigemus mundari: quia ille non poteſt iam mori,*

Primaſius diſcipulus S. Auguſt. aliquando floruit anno. 440.

dedit

dedit nobis hoc ſacramentũ corporis & ſanguinis ſui, vt ſicut paßio illius, redemptio, & abſolutio fuit mundi, ita etiam iſta oblatio, redemptio & mundatio ſit omnibus in vera fide offerentibus, bonamq́; intentionẽ habentibus. In hoc enim differt ab illo vetere ſacrificio ſæpius repetito iſtud noſtrum, quod ſimiliter repetitur: (quantum ad actus incruentos, & miniſteriales, quantum ad inſumptionem pro ſuis effectibus, non autem quantum ad ſufficientiam vniuerſalem, & vt in cauſſa, nec quantũ ad modum offerendi cruentè, nec quantum ad rei ſubſtantiam, quoniam Deus ſpiritus ſancti operatione demutat dona in corpus mactatum.) *quia iſtud eſt veritas, illud figura: iſtud perfectum reddit hominẽ, illud minimè: & iſtud nõ cauſſa infirmitatis ſuæ repetitur, quòd nõ poßit ſalutem perfectam conferre, ſed in commemorationem paßionis Chriſti, ſicut ipſe dixit, Hoc facite, inquiẽs, in meam commemorationem. Et vna eſt hæc hoſtia, non multæ, ſicut illæ erant. Quomodo vna eſt, & non multæ, quum à mul-*

Ergo nouã nõ facimus redemptionem, ſed ſemel factam ad effectus ſuos incruenta oblatione inſumimus.

Luc. 22.

multis, diuerſis in locis & temporibus offeratur? Aptiſſimè ergo eſt animaduertendum, quia diuinitas verbi Dei, quæ vna eſt, & omnia replet, & tota vbique eſt, ipſa facit vt non ſint plura ſacrificia, ſed vnum, licet à multis offeratur, & ſit vnum corpus Chriſti cum illo, quod ſuſcepit in vtero virginali, non multa corpora: nec nunc quidem aliud magnũ, aliud minus, aliud hodie, aliud cras offerimus, ſed ſemper idipſum, æquam habens magnitudinem. Proinde vnum eſt hoc ſacrificium Chriſti, non diuerſa, ſicut illorum erant. Nam ſi aliter eſſet, quoniam multis in locis offertur, multi eſſent Chriſti, quod abſit. Vnus ergo vbique eſt, & hîc plenus exiſtens, & illic, plenum vnum corpus vbique habens. Et ſicut qui vbique offertur, vnum corpus eſt, non multa corpora: ita etiam & vnum ſacrificium. hucvſque Primaſius. Perſpicua ſunt verba de ſacrificio vnico quod offerimus, & idem ipſum ſacrificium incruentum, eſt memoria, vſus, inſumptio, ac diſpenſatio ſacrificij cruenti, dicente Domino: Hoc fa-

Ambroſ. ad Hebr. 10. tom. 5. & Chryſoſt. homil. 17. ac Theoph. habẽt ferè eadẽ verba cũ Primaſ.

Luc. 22.

ſacite in meam commemorationem. Glorioſum Hiſpaniarum lumen Diuus Iſidorus, quod defendimus ſacrificium, agnouit ante mille annos, quum eſſet Epiſcopus Hyſpaleñ. lib. 6. etymolog. cap. 19. dicens: *Sacrificium dictum, quaſi ſacrũ factum, quia prece myſtica cõſecratur in memoriam Dominicæ paßionis pro nobis. Vnde hoc eo iubente, corpus Chriſti & ſanguinem dicimus.* Hinc cap. 26. lib. vnico de vocatione gentium ſubdit: *Melkizedec Sacerdos Dei excelſi, quum benediceret Abraham, panem & vinum Domino obtulit in ſacrificio, ob myſterium futuri holocauſti. Hoc enim ille primùm in typo filij Dei expreßit, ad quem Pſalmiſta ex perſona Patris ſic dicit: Ante luciferum genui te, tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinẽ Melkizedec, hoc eſt, iuxta ritum huiuſmodi ſacrificij, quod & in paßione proficiens Chriſtus impleuit, quodq́, etiam & Apoſtolos in commemorationem ſuam facere iußit. Non ergo iam victimas Iudaicas, quales Sacerdos Aaron obtulit, credentes offerunt: ſed* qua-

Iſido. Hiſp. Anno. 590.

Luc. 22.

Idem Patres oẽs de ſacrificio Melkizedec ſentiunt, Deo oblato in holocauſtũ, hinc Abrahæ in ſacrificij participationem.

Luc. 22.

quales idem Melkizedec Rex Salem immolauit, id eſt, panem & vinum, quod eſt corporis & ſanguinis Domini veriſſimum ſacramentũ. Eadem ferè verba repetit lib. de Patribus veteris & noui Teſtamenti, cap. de Melkizedec. Vnde vulgatiſſimũ fuit Euchariſtiæ ſacrificium corporis & ſanguinis Domini Patrib. omnibus ante mille annos, quod Chriſtus ſibi offerri mandauit, & non tantùm confici, aut ſumi in ſuam commemorationem, dicens: Hoc facite.

SECTIO .XVIII.

BVlgarorum præclariſſimus Epiſcopus, circiter annum Domini. 740. Theophilactus, in Epiſt. ad Heb. ca. 10. hoc quod aſſerimus dilucidè explicat, inquiens: *Suboritur hîc quæſtio, Num & nos hoſtias *incruentas offeramus? Cui reſpondemus: Omnino. Cæterùm, memoriam facimus (Luc. 22.) mortis Domini. Eſtq́; vna ipſa, & non multæ, quandoquidem ſemel oblatus eſt. Nam eundem ſemper offerimus, imò potius illius oblationis memoriam faci-*

Theophil. ante. 830. annos.

Corporis. ſ. & ſanguinis Domini ſine cæde & effuſione cruenta.

Luc. 22.

mus, qua ſe ipſe obtulit, ceu iam nunc facta ſit, proinde vnũ eſt ſacrificium. Nam quod ad quæſtionem attinet, poſtquam multis in locis offertur, nũ igitur multi Chriſti erunt? Nequaquam. Sed vnus eſt vbique, & hîc plenus, & illic plenus & perfectus, vnumq́ corpus. Quemadmodum in multis locis oblatus Chriſtus, vnũ corpus eſt, & non multa corpora, ſic & vnum ſacrificium: nam illam hoſtiam offerimus, quæ tum eſt oblata. hæc Theophil. Non puto ambiguum de ſacrificio offerendo in multis locis, vt perfectè ſit expreſſa oblatio paſſionis per memoriam viuam oblationis incruentæ. En cernimus Patrum pietatem, qua memoriam illam fieri ſemper ſatagebant magis oblatione quàm ſumptione. Hæretici autem memoriam ſacrificij celebrant manducando, & non rem mactatam offerendo, ſicut Patres omnes cum Eccleſia noſtra tradiderũt. Haymo celeberr. Epiſcopus in Saxonia Eccleſiæ Halberſtateñ tertius, circa annum Domini 800. ſatis ſuperq́ue contriuit inſaniam

Haymo ante annos.700

nouo-

nouorum Prædicantũ, in cap. 5. ad Heb. dicens: *Melkizedec non fuit Sacerdos ſecundum legalia mandata, ſed ſecundum cuiuſdam Regalis Sacerdotij dignitatem, panem & vinum offerens, non brutorum animalium ſanguinem. In cuius ordine Sacerdotij Chriſtus factus eſt Sacerdos, non temporalis, ſed æternus, nec offerens victimas legales, ſed inſtar illius, panem & vinum, carnem videlicet & ſanguinẽ ſuum, de quibus ipſe dixit, Caro (inquiens) mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Iſta quoque duo munera, panem videlicet & vinum, commiſit Eccleſiæ ſuæ in memoriam ſui (Luc. 22.) offerenda. Vnde patet ſacrificium pecudũ periſſe, quod fuit ordinis Aaron, & illud manere potius quod fuit ordinis Melkizedec, quia & Chriſtus illud corroborauit, & Eccleſiæ ſuæ tenendũ reliquit.* Idem in cap. 8. eiuſdem Epiſtolæ: *Nulli* (inquit) *ſacrificium debetur, niſi ſoli vero Deo. Pontifex noſter mundam hoſtiam pro nobis Deo Patri obtulit, idem exiſtens Sacerdos & Sacrificium. Offert etiam ſacrificium*

cium DEO *Patri acceptum per Eccleſiam ſuam: dum enim nos offerimus ſacramenta corporis eius; ipſe offert.* hæc Haymo. Noſtram fidem tuebitur doctiſſ. Paſchaſius Corbienſis, Græcè & Latinè peritiſſimus, circiter annum Domini. 870. lib. de corp. & ſang. Domini cap. 9. *Quia quotidie* (inquit) *labimur, quotidie Chriſtus pro nobis myſticè immolatur, & paſſio Chriſti in myſterio traditur, vt qui ſemel moriendo mortem vicerat, quotidie recidiua delictorum per hæc ſacramenta corporis & ſanguinis peccata relaxat.* En audis myſtica oblatione recidiua peccatorū deleri, quoad efficientiam, pro quibus ſemel in cruce ſatisfecerat quoad ſufficientiam, aliquādo inſumendam per oblationem incruentam. Huic non eſt diſſimilis diligentiſſimus Græcorum cōmentariorum collector Oecumenius, in. 5. cap. ad Hebr. dicens: *Significat ſermo, Tu es Sacerdos ſecundum ordinem Melkizedec, quòd licet Chriſtus non obtulerit carentem ſanguine hoſtiam, (ſiquidem ſuipſius corpus obtulit)* *atta-*

Paſchaſius. Anno. 870.

Oecumeni⁹. An. 1076.

attamen qui ab ipſo fungentur Sacerdotio, quorum Deus Pontifex eſſe dignatus eſt, ſine ſanguine offerent, nam hoc ſignificat in æternum. Neq; enim de ea quæ ſemel à Deo facta eſt oblatio & hoſtia, dixiſſet, in æternũ. Sed reſpiciens ad præſentes Sacrificos, per quos medios Chriſtus ſacrificat & ſacrificatur, qui etiam in myſtica cœna modum illis tradidit huiuſmodi ſacrificij. hæc Oecumenius.

Quũ Chriſtus ſit Pontifex, cõſequẽs eſt neceſſariò, eſſe ſub eo inferiores Sacerdotes.

Luc.22.

SECTIO .XIX.

FIDEM noſtram illuſtrauit S. Anſelmus Cantuarienſis Præſul, circiter annum Domini. 1080. in .1. ad Corint. cap. 11. inquiens: *Vos Sacerdotes facite, id eſt, ex pane corpus meum per myſtica verba conſecrate, in memoriam paſſionis meæ, vt recogitetis eam, dum iſtud ſacrificium obtuleritis.* Ecce, HOC facite, refert ad conſecrationem, ſacrificijq́ue oblationem, & non tantùm ad ſumptionem, ſicut D. Clemens, Dionyſius, Iuſtinus, Irenæus, Cyprianus, Origenes, Emeſſenus, Ambroſius, Chryſoſtomus, Heſychius, Se-

Anſelmus ante circiter.500. annos floruit.

Luc.22.

Illyric. inter Diuos ordinis Lutheri relatus.

aiũt) per Vitenbergicos Lutheranos cõfratres ſuos euulgatã anno. 1566. ex officina Gabrielis Schnelboltz, bona fide referam, exemplar oſtenſurus Flaccio quando voluerit, vnde deſumpſi. Dignus eſt enim titulus, qui præponatur. 9. centuriis mendaciorũ Magdeburgenſium, vt iudicent omnes quam fidẽ tanto Catoni adhibere debeant.

Effigies (inquiunt Vitembergenſes) *peruerſi ſycophantæ Mat. Flaccij Illyrici.*

Aſpice, qui ſanctos latratu mordet acerbo,
Vellicat, arrodit, ceu rabioſa canis.
Ipſius ingenium Flacci crudele, ſuperbum,
Peruerſum, petulans, ambitione furens.
Innocuos dictis homines quod turbat amaris,
Neſcit & extinctis parcere ſelle procax,
Proh immane ſcel⁹, nõ parcere manib⁹ ipſis,
Parcere queis etiam turba prophana ſolet.
Et tu ſumme parẽs oculis hæc aſpicis æquis?
Aſpicis? & ſcelus hoc, ô, tolerare potes?
Húncne adeò Sclauum meritas euadere pœnas!
Cui nihil humani, vel pietatis ineſt.
Quĩ detrude tuo caput hoc ſub tartara zelo,

apud te perpende Christiane lector, q̃ aptè ſuis ſe depingãt coloribus noſtri aduerſarij.

Acci-

Accipiat factis præmia digna ſuis.
Sed ſpero hic tandem fato ſuccũbat acerbo:
Serò etenim grauior pœna luenda venit.

Hæc Vitembergenſes.

Plura aliorum teſtimonia adducere poſſem pro laudibus Illyrici, ad retũdendam eius plumbeam impudentiam, niſi ſatis ſuperq; ex ipſiusmet ſcriptis mendaciſſimis impudentiſſimisq; eſſet hominis agnita pietas: verũenimuerò, potiſſimùm in iſta velitatione ſtolida de verbis Domini, Hoc facite, contra SS. Patres Tridentinos & me, demonſtrauit quam fidem mereatur in aliis rebus religionis, qui in iſta omnium permaxima, ſic eſt egregiè mentitus, chymeras inferens negatiuè ex ſua tripode Illyricana Turcicaq;, vorantes in vacuo ſecundas intentiones, vt mirũ non ſit eum ſui iam non pudere. Ea de re miſſum facimus refractarium, vt adhuc vnum virum eruditum Græcum Flaccio opponamus, pro verbis Domini Hoc facite, & pro ſacrificio Euchariſtico propitiatorioq; confirman-

& ſuſcitatus, non amplius moritur, & ſemel paſſus eſt in conſummatione ſæculi, & ſemel dicitur oblatus, vt multorum peccata auferret? Si enim in vnaquaq; myſterij celebratione ipſe ſacrificatur, quotidie moritur. Quid ad hæc ergo dicendum eſt? R. Peragitur ſacrificium non antequam panis ſanctificetur, nec poſteaquã fuerit ſanctificatus, ſed eo ipſo tempore quo ſanctificatur. Sic enim neceſſe eſt omnia quæ de eo creduntur conſeruare, & nihil omnino excidere. Quænam autem ea ſunt? Sacrificium hoc nõ eſſe imaginem & figuram ſacrificij, ſed verum ſacrificium: non eſſe panem id quod ſacrificatur, ſed ipſum Chriſti corpus: & præterea vnum eſſe agni ſacrificium, & quod ſemel factum eſt. Et primùm videamus, an non figura, ſed re ipſa ſacrificium ſit myſterij celebratio. Quod enim eſt ouis ſacrificium, quæ ab eo quod non eſt omnino occiſum, in occiſum ſit mutatio: hoc etiam hîc ſit. Panis enim qui eſt inſacrificatus, mutatur tunc in id quod eſt ſacrificatum. Mutatur enim à pane non mactato, in ipſum corpus Chriſti, quod*

Immolatio ſit in conſecratione.

Lege D. Io. à Louanio, cap. 9. confutat. cõtra nouitiã cõfeſſionem.

Ouis non ſit ſacrificium niſi per mactationem.

quod verè mactatum. Vnde quemadmodum in oue mutatio, verè ſacrificium operatur: ita iam hîc propter hanc mutationẽ, id quod peragitur, verum eſt ſacrificium. Mutatur quippe non in figuram, ſed in rem mactationis, in ipſum (inquam) corpus Christi, quod ſacrificatum eſt. Sed ſi panis quidem manẽs fuiſſet ſacrificatus, panis eſſet qui mactationem ſuſcepit, & tunc mactatio ſacrificium panis fuiſſet. Quoniam autem vtraque ſunt mutata, & inſacrificatũ, & panis; & factus eſt pro inſacrificato, ſacrificatus quidem. Pro pane autem corpus Christi, propterea illa mactatio non in pane, ſed tanquam in corpore Christi ſubiecto conſiderata, non panis, verùm agni Dei ſacrificium & eſt & dicitur. Clarum eſt autem, quòd his poſitis nihil neceſſe eſt multas fieri oblationes corporis Domini. Quia enim fit hoc ſacrificium agno non tunc occiſo, ſed pane mutato in agnum occiſum, clarum eſt quòd fit quidem mutatio, ſed non tunc fit occiſio. Et ſic id quod mutatur quidem, multa, & mutatio ſæpè, id autem in quod mutatur, nihil Nota.

hoc facite quotieſcunq̀ bibetis in meam com-memorationem. Ergo panem infermentatū, & vinū aqua mixtum in ſacramentis corporis & ſanguinis Chriſti ſanctificari oportet. Et paulò pòſt: *Quicunque ergo ad menſam Domini, vbi agni immaculati & incontaminati caro mactatur, & vbi veneranda mysteria paſſionis & reſurrectionis eius à fidelibus celebrantur, plenus dolo atque malitia accedit, & aut odij, aut inuidiæ, aut auaritiæ, aut luxuriæ facibus accenſus, corpus Domini percipere nō metuit, verendum eſt, ne vbi vitam accipere debuit, iudicium damnationis inueniat, & magis incitetur ad pœnam, quàm retrahatur ad veniam.* Hinc ſubiungit paulò inferius: *In ſacramento vinum aqua mixtum offerri debet, quia in Euangelio legitur, quòd cùm aperuiſſet vnus militum lancea latus Ieſu, cōtinuò exierit ſanguis & aqua. Ille enim ſanguis in remiſſionem fuſus eſt peccatorum, aqua illa ſalutare temperat poculum: hæc & lauacrū præſtant, & poculum. Neuter ergo horum ſine altero offerri debet, nec vinū ſine aqua,*

Caro Chriſti mactatur

nec

nec aqua ſine vino, quia & nos in Chriſto, & in nobis Chriſtum manere oportet. Quod oſtendit S. Cyprianus, ita dicens: Calix, inquit, Dominicus, vino mixtus offertur, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino verò oſtendi ſanguinem Chriſti. Quando autem in calice aqua vino miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs ei in quem credit copulatur & iüngitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini, ſic miſcetur in calice Domini, vt commixtio illa ab inuicem non poſſit ſeparari. Paulò pòſt cōcludit, dicens: *Neque enim illi audiendi ſunt, qui aquam ſine vino in calice offerunt, contra quos etiam partem capituli de libro prædicti Martyris Cypriani, in quo de ſacramento calicis diſputat, ponamus. Soluitur quippe ibi quæſtio, in qua quæritur, vtrum calix Dominicus aquã ſolam, an eam in vino mixtam debeat habere. Poſt principium ergo Epiſtolæ, idem Martyr iam ſoluere incipiens præpoſitam quæſtionem, ita loquitur: Admonitos autẽ nos ſcias, inquit, vt in calice offerendo Dominica traditio ſer-*

commemorate,ſed,hoc facite in cõmemorationem mei. Mandat itaq; Dominus Ieſus,hoc, id eſt, vniuerſa præmiſſa facere in memoriam ſui. Actus ergo faciendi hoc mandatur relatus ad recordationem Domini Ieſu. Ex eo autem, quòd ſub Facere hoc, comprahenditur non ſolùm facere corpus Chriſti, ſed etiam facere corpus Chriſti, quod frangitur ſeu datur pro nobis, manifeſtum eſt, Dominum Ieſum mandaſſe, Facite corpus meũ, quod pro vobis frangitur, & datur. Perinde autem eſt, quod pro vobis frangitur & datur, ac ſi diceretur, quod pro vobis immolatur. Neq; enim aliter frangitur aut datur, niſi pro quãto in cruce frangitur & datur (hoc eſt, immolatur) pro vobis. Facere autem corpus meum, quod pro vobis immolatur, vt ſit, perinde eſt, ac facere corpus meũ quatenus pro vobis immolatur. Vt autem hæc quæ dicimus penetres, aduerte, quòd ſi Dominus IESVS ob veritatem duntaxat corporis ſui ſignificandam ad-

iunxiſſet, quod pro vobis frangitur, ſeu datur, ſat fuiſſet dicere, quod in perſona mea videris, ſeu quodcunque aliud eiuſmodi. Sed abſit à Domini Ieſu Chriſti nomine ſermo non formalis, quo adempto omnis tollitur certitudo ſermonis, vagaretur enim per infinita accidentia. Dicendo itaque, quod pro vobis frangitur, ſeu datur, formali ſermone ſignificat, Facite corpus meum quatenus pro vobis offertur. Et hoc ipſum facite in meam cõmemorationem. Porrò, ex eo quòd facere hoc in Chriſti memoriam, plus eſt quàm conſecrando facere corpus Chriſti, (quia eſt etiam facere corpus Chriſti quod datur ac pro nobis frãgitur in Chriſti recordationem) & dari ac frangi pro nobis, eſt immolari pro nõbis, (nam dari ſignificat in genere offerri, frangi verò ſignificat in ſpecie modũ offerendi, per fractionem ſcilicet) dedit enim ſemetipſum Deo in cruce fractione manuũ, pedum, ac lateris pro nobis: cõſequens eſt, quòd mandante Domino

cium DEO *Patri acceptum per Eccleſiam ſuam: dum enim nos offerimus ſacramenta corporis eius, ipſe offert*. hæc Haymo. Noſtram fidem tuebitur doctiſſ. Paſchaſius Corbienſis, Græcè & Latinè peritiſſimus, circiter annum Domini. 870. lib. de corp. & ſang. Domini cap. 9. *Quia*
Paſchaſius. Anno. 870. *quotidie* (inquit) *labimur, quotidie Chriſtus pro nobis myſticè immolatur, & paſſio Chriſti in myſterio traditur, vt qui ſemel moriendo mortem vicerat, quotidie recidiua delictorum per hæc ſacramenta corporis & ſanguinis peccata relaxat*. En audis myſtica oblatione recidiua peccatorũ deleri, quoad efficientiam, pro quibus ſemel in cruce ſatisfecerat quoad ſufficientiam, aliquãdo inſumendam per oblationem incruentam. Huic non eſt diſſimilis diligentiſſimus Græcorum cõmentariorum collector Oecumenius, in. 5. cap. ad Hebr.
Oecumeni9. An. 1076. dicens: *Significat ſermo, Tu es Sacerdos ſecundum ordinem Melkizedec, quòd licet Chriſtus non obtulerit carentem ſanguine hoſtiam, (ſiquidem ſuiipſius corpus obtulit)*
atta-

attamen qui ab ipſo fungentur Sacerdotio, quorum Deus Pontifex eſſe dignatus eſt, ſine ſanguine offerent, nam hoc ſignificat in æternum. Neq; enim de ea quæ ſemel à Deo facta eſt oblatio & hoſtia, dixiſſet, in æternũ. Sed reſpiciens ad præſentes Sacrificos, per quos medios Chriſtus ſacrificat & ſacrificatur, qui etiam in myſtica cœna modum illis tradidit huiuſmodi ſacrificij. hæc Oecumenius.

Quũ Chriſtus ſit Pontifex, cõſequẽs eſt neceſſariò, eſſe ſub eo inferiores Sacerdotes.

Luc.22.

SECTIO .XIX.

FIDEM noſtram illuſtrauit S. Anſelmus Cantuarienſis Præſul, circiter annum Domini. 1080. in .1. ad Corint. cap. 11. inquiens: *Vos Sacerdotes facite, id eſt, ex pane corpus meum per myſtica verba conſecrate, in memoriam paſſionis meæ, vt recogitetis eam, dum iſtud ſacrificium obtuleritis.* Ecce, HOC facite, refert ad conſecrationem, ſacrificijque oblationem, & non tantùm ad ſumptionem, ſicut D. Clemens, Dionyſius, Iuſtinus, Irenæus, Cyprianus, Origenes, Emeſſenus, Ambroſius, Chryſoſtomus, Heſychius, Se-

Anſelmus ante circiter.500. annos floruit.

Luc.22.

dulius, Theodoretus, Primaſius, Iſydorus, Theophilactus, Haymo, Oecumenius, alijque plures retulerunt, quos ſecuti. 88. Patres generalis Synodos Tridentinæ bene decreuerūt ac piè, his verbis, Hoc facite, inſtitutum à Chriſto ſui corporis & ſanguinis ſacrificium Patri in Eccleſia offerendum in memoriam paſſionis Dominicæ. Nec ego propterea debeo vocari inſanus & Atheus, vt mihi exprobrat Illyricus, quoniam Patres Tridentinos audiui. Eruntne Athei & inſani viri Apoſtolici, Clemens & Dionyſius? Athei necne cenſebūtur Martyres Chriſti, Iuſtinus, Irenæus, & Cyprian⁹? Cæci'ne fuerunt præclara omniū Eccleſiarū Dei lumina, Origenes, Emeſſenus, Ambroſius, Chryſoſtomus, Proclus, Heſychius, Sedulius, Theodoretus, Primaſius, Iſydorus, Theophilactus, Haymo, Oecumenius, quia HOC facite, intellexerunt de ſacrificio mactato in cœna? Solus ergo ſapiat cum aniculis mendaciſſimus Matthias Flaccius Illyricus, qui

Luc. 22.

Illyr. contra cōcil. Trident. Arg. 3.

impudentior meretrice negat, hæc verba Hoc facite, ab aliquibus ante nos ad incruentum ſacrificium relata. Qui, inquam, aſſerit veteres communionem in cœna, & non ſacrificiũ agnouiſſe, quod ab Eccleſia offertur in memoriam paſſionis, ſicut docui teſtimonio Diui Andreæ Apoſtoli, S. Alexandri Martyris, 318. Patrum in Synodo Nicena. I. 200. in Concilio Epheſino. I. Patrũ, S. Nyſſeni, Cyrilli Hieroſol. Hieronymi, Ambroſij, Cyrilli Alexandr. Auguſtini, Gregorij, & aliorum, quorum aliquot locos nõ obſcuros in medium adduxi, vt tuerer ſacrificium verum & plenum, quod offerimus, memoriam mortis CHRISTI faciendo antequam comedamus. Ideo per miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti obteſtor Lectores ſuæ ſalutis cupidos, vt diligenter ſcripturarum & Patrum teſtimonia cum Eccleſiæ doctrina conferant, & ſcient, confido, quàm religioſus & verax ſit noſter aduerſarius, cuius encomium canonizationemque (vt

Illyr. Aug. 3. & poſt. x. argu.

Illyric. inter Diuos ordinis Lutheri relatus.

aiũt) per Vitenbergicos Lutheranos cõfratres ſuos euulgatã anno. 1566. ex officina Gabrielis Schnelboltz, bona fide referam, exemplar oſtenſurus Flaccio quando voluerit, vnde deſumpſi. Dignus eſt enim titulus, qui præponatur. 9. centuriis mendaciorũ Magdeburgenſium, vt iudicent omnes quam fidẽ tanto Catoni adhibere debeant.

Effigies (inquiunt Vitembergenſes) *peruerſi ſycophantæ Mat. Flaccij Illyrici.*

Aſpice, qui ſanctos latratu mordet acerbo,
Vellicat, arrodit, ceu rabioſa canis.
Ipſius ingenium Flacci crudele, ſuperbum,
Peruerſum, petulans, ambitione furens.
Innocuos dictis homines quod turbat amaris,
Neſcit & extinctis parcere felle procax.
Proh immane ſcel⁹, nõ parcere manib⁹ ipſis,
Parcere queis etiam turba prophana ſolet.
Et tu ſumme parẽs oculis hæc aſpicis æquis?
Aſpicis? & ſcelus hoc, ô, tolerare potes?
Húncne adeò Sclauum meritas euadere pœnas!
Cui nihil humani, vel pietatis ineſt.
Quĩ detrude tuo caput hoc ſub tartara zelo,

apud te perpende Christiane lector, q̃ aptè ſuis ſe depingãt coloríb. noſtri aduerſarij.

Accipiat factis præmia digna ſuis.
Sed ſpero hic tandem fato ſuccũbat acerbo:
Serò etenim grauior pœna luenda venit.

Hæc Vitembergenſes.

Plura aliorum teſtimonia adducere poſſem pro laudibus Illyrici, ad retũdendam eius plumbeam impudentiam, niſi ſatis ſuperq; ex ipſiusmet ſcriptis mendaciſſimis impudentiſſimisq; eſſet hominis agnita pietas: verũenimuerò, potiſſimùm in iſta velitatione ſtolida de verbis Domini, Hoc facite, contra SS. Patres Tridentinos & me, demonſtrauit quam fidem mereatur in aliis rebus religionis, qui in iſta omnium permaxima, ſic eſt egregiè mentitus, chymeras inferens negatiuè ex ſua tripode Illyricana Turcicaq;, vorantes in vacuo ſecundas intentiones, vt mirũ non ſit eum ſui iam non pudere. Ea de re miſſum facimus refractarium, vt adhuc vnum virum eruditum Græcum Flaccio opponamus, pro verbis Domini Hoc facite, & pro ſacrificio Euchariſtico propitiatorioq; confir-

man-

mando. Poſſem quidem in hanc ſententiam deſcédentes exercitatiſſimos ſcholaſticos adducere, ſed hanc rem præſtauit abundè R. D. Caſpar Caſalius, Epiſcopus Luſitanus, cuius labores vigiliasque conſulere poterit Illyricus, ne alterius operas cum labore iterum coaceruemus. Sed diligens Lector legat Scotũ, quæſt.
D. Subt. 20. in cuius lectione obtenebreſcunt aduerſarij, ſicut veſpertiliones, ideo illis reuera Scotus nihil aliud eſt quàm Scotus, qui tamen eruditis haud diſplicet.

SECTIO .XX.

D. Nicolaus Cabaſ. 1280 nō eſt reiiciendus quia recens, quũ ſit vetuſtior omnibus Lutheranis.

VENIO demùm ad Nicolai Cabaſilæ authoris Græci doctiſſimi teſtimoniũ, tract. de expoſit. diu. leitourg. cap. 2. fidem noſtram diſertè & piè explicantis: *Quando enim panem & vinum* (inquit) *manibus acceptũ Chriſtus Deo & Patri oſtendit, tanquam dona ea Deo offerens & dedicans, oſtendit. Et vnde'nam hoc conſtabit? ex eo quòd Eccleſia hoc facit, & ea dona vocat. Non enim id faceret, niſi Chriſtum hoc feciſſe ſciret, audiuit enim ipſum*
Luc. 22.
iu-

iubentem, Hoc facite. & non diſsimiliter eſt eum imitata: ipſe quippe iuſſit panem & vinum offerre. Et cap. 32. *De ipſo autem ſacrificio* (ait) *operæpreciū eſt illud quærere: Quia enim non figura ſacrificij, neq; ſanguinis imago, ſed verè eſt mactatio, & ſacrificium: quæramus, quid eſt quod ſacrificatur, panis, an corpus Domini, quando videlicet dona ſacrificantur, priuſquam ſunt ſanctificata, an poſtea? & ſi panis quidem eſt quod ſacrificatur, primùm quidem quónā fuerit panis ſacrificium? Deinde non eſt hoc nobis myſterium, videre panem mactatū, ſed agnū Dei, qui ſua morte tollit peccata mundi. Sin aūt ipſum Dominicū corpus ſacrificatur, hoc certè ne fieri quidē poteſt. Nō enim amplius occidi vel percuti poteſt, quum iam ab interitu & corruptione alienum & immortale effectum ſit. Quòd ſi fieri poſſet, vt adhuc aliquid tale pateretur, oporteret eſſe & qui crucifigerent, & omnia alia conuenire, quæ illud ſacrificium effecerunt, ſiquidem non figura mactationis, ſed vera mactatio eſſe ponitur. Deinde, quomodo Chriſtꝰ ſemel eſt mortuus*

cap. 4.

An panis an corpus ſacrificatur, num dona ſacrificentur ante conſecrat. vel poſtea.

Rom. 6.

Heb. 9. & 10

&

& ſuſcitatus, non amplius moritur, & ſemel paſſus eſt in conſummatione ſæculi, & ſemel dicitur oblatus, vt multorum peccata auferret? Si enim in vnaquaq; myſterij celebratione ipſe ſacrificatur, quotidie moritur.

Immolatio fit in conſecratione.

Quid ad hæc ergo dicendum eſt? R. Peragitur ſacrificium non antequam panis ſanctificetur, nec poſteaquã fuerit ſanctificatus, ſed eo ipſo tempore quo ſanctificatur. Sic enim neceſſe eſt omnia quæ de eo creduntur conſeruare, & nihil omnino excidere. Quænam autem ea ſunt? Sacrificium hoc nõ eſſe imaginem & figuram ſacrificij, ſed verũ ſacrificium: non eſſe panem id quod ſacrificatur, ſed ipſum Chriſti corpus: & præterea vnum eſſe agni ſacrificium, & quod ſemel factum eſt.*

* Lege D.Io. à Louanio, cap.9.confutat.cõtra nouitiã cõfeſſionem.

Et primùm videamus, an non figura, ſed re ipſa ſacrificium ſit myſterij celebratio. Quod enim eſt ouis ſacrificium, quæ ab eo quod non eſt omnino occiſum, in occiſum fit mutatio: hoc etiam hîc fit. Panis enim qui eſt inſacrificatus, mutatur tunc in id quod eſt ſacrificatum. Mutatur enim à pane non mactato, in ipſum corpus Chriſti,

Ouis non fit ſacrificium niſi per mactationem.

quod

quod verè mactatum. Vnde quemadmodum in oue mutatio, verè ſacrificium operatur: ita iam hîc propter hanc mutationẽ, id quod peragitur, verum eſt ſacrificium. Mutatur quippe non in figuram, ſed in rem mactationis, in ipſum (inquam) corpus Chriſti, quod ſacrificatum eſt. Sed ſi panis quidem manẽs fuiſſet ſacrificatus, panis eſſet qui mactationem ſuſcepit, & tunc mactatio ſacrificium panis fuiſſet. Quoniam autem vtraque ſunt mutata, & inſacrificatũ, & panis; & factus eſt pro inſacrificato, ſacrificatus quidem. Pro pane autem corpus Chriſti; propterea illa mactatio non in pane, ſed tanquam in corpore Chriſti ſubiecto conſiderata, non panis, verùm agni Dei ſacrificium & eſt & dicitur. Clarum eſt autem, quòd his poſitis nihil neceſſe eſt multas fieri oblationes corporis Domini. Quia enim fit hoc ſacrificium agno non tunc occiſo, ſed pane mutato in agnum occiſum, clarum eſt quòd fit quidem mutatio, ſed non tunc fit occiſio. Et ſic id quod mutatur quidem, multa, & mutatio ſæpè, id autem in quod mutatur, nihil Nota.

nihil prohibet vnum & idem eſſe, ſicut vnum corpus, ita etiam occiſionem corporis vnam. Et hæc quidem de his. Hucvſque doctiſſimi Cabaſilæ verba, quibus Eccleſiæ Chriſtiana, ſimplex, & catholica fides apud Græcos & Latinos ſuper incruento ſacrificio declaratur. Primò, apertè teſtatur Chriſtum in cœna ſacrificaſſe, & Eccleſiam hoc intellexiſſe his verbis, Hoc facite. quoniam non offerret, niſi certiſſimè Chriſtum ſic feciſſe ſciret. Subinde reuera aſſerit CHRISTI corpus ſacrificari, quia panis mutatur in corpus, ſeu crucis ſacrificium. Præterea ſacrificiũ fit in ipſa conſecratione, quando panis operante ſpiritu ſancto mutatur in corpus mactatum. Quartò, panis non ſacrificatur propriè, ſed tranſmutatur in rem mactationis, quæ eſt corpus ſacrificatum. Quintò, Chriſtus hic verè immolatur, & non occiditur, quia elementa tranſeũt in rem immolatam ſine occiſione. Demum, nõ iteratur mactatio, quia terrena demutantur in vnam ean-

Luc. 22.

tranſſubſtãtiatio.

eandemq; Chriſti oblationem. Eſt ergo vna res mactata, & in quam aliæ mutantur, licet ſint variæ res mutatæ, & iteratæ mutationes.

SECTIO .XXI.

PLVRIVM veterum Theologorum ac recentiorũ teſtimoniis conuincere poſſemus aduerſarios, ſi ſuæ ſaluti conſulere vellent, & ſemel conceptam prauam opinionẽ deponere, Eccleſiæq; iudicio ſeſe ſubiicere. Verùm, vt præſtemus, quicquid valemus, vrget charitas: quamobrem Rabanum Epiſcopũ ad faciendam fidem ſuperinducemus, libr. 1. de inſtit. Clericorũ, cap. 31. inquientem: *Nec enim in ſacramentis aliud offerri licet, niſi quod Dominus ipſe conſtituit, & ſuo exemplo facere nos docuit. Quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panẽ, & gratias agens fregit, & dixit, hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquam cœnauit, dicens: Hic calix noui teſtamenti eſt in ſanguine meo:*

hoc

hoc facite quotieſcunq́; bibetis in meam commemorationem. Ergo panem infermentatũ, & vinũ aqua mixtum in ſacramentis corporis & ſanguinis Chriſti ſanctificari oportet. Et paulò pòſt: *Quicunque ergo ad menſam Domini, vbi agni immaculati & incontaminati caro mactatur, & vbi veneranda myſteria paſſionis & reſurrectionis eius à fidelibus celebrantur, plenus dolo atque malitia accedit, & aut odij, aut inuidiæ, aut auaritiæ, aut luxuriæ facibus accenſus, corpus Domini percipere nõ metuit, verendum eſt, ne vbi vitam accipere debuit, iudicium damnationis inueniat, & magis incitetur ad pœnam, quàm retrahatur ad veniam.* Hinc ſubiungit paulò inferius: *In ſacramento vinum aqua mixtum offerri debet, quia in Euangelio legitur, quòd cùm aperuiſſet vnus militum lancea latus Ieſu, cõtinuò exierit ſanguis & aqua. Ille enim ſanguis in remiſſionem fuſus eſt peccatorum, aqua illa ſalutare temperat poculum: hæc & lauacrũ præſtant, & poculum. Neuter ergo horum ſine altero offerri debet, nec vinũ ſine aqua,*

Caro Chriſti mactatur

nec

nec aqua ſine vino, quia & nos in Chriſto, & in nobis Chriſtum manere oportet. Quod oſtendit S. Cyprianus, ita dicens: *Calix, inquit, Dominicus, vino mixtus offertur, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino verò oſtendi ſanguinem Chriſti. Quando autem in calice aqua vino miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs ei in quem credit copulatur & iungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini, ſic miſcetur in calice Domini, vt commixtio illa ab inuicem non poſſit ſeparari.* Paulò pòſt cõcludit, dicens: *Neque enim illi audiendi ſunt, qui aquam ſine vino in calice offerunt, contra quos etiam partem capituli de libro prædicti Martyris Cypriani, in quo de ſacramento calicis diſputat, ponamus. Soluitur quippe ibi quæſtio, in qua quæritur, vtrum calix Dominicus aquã ſolam, an eam in vino mixtam debeat habere. Poſt principium ergo Epiſtolæ, idem Martyr iam ſoluere incipiens propoſitam quæſtionem, ita loquitur: Admonitos autẽ nos ſcias, inquit, vt in calice offerendo Dominica traditio ſer*

uetur. Neque enim aliud fiat à nobis, quàm quod pro nobis Dominus prior fecit, vt calix qui in commemorationem eius offertur, mixtus vino offeratur. Hæc D. Rabanus vbi ſuprà.

SECTIO .XXII,

ANTE annos .36. hac de controuerſia doctiſſimè aduerſus Lutheranos ſcripſit Reu. D. Caietanus, cuius ſcriptum diſſimularunt aduerſarij, nec ſolidè (vt par erat) confutarunt. Quamobrē non grauabor eius teſtimonio negotium facere aduerſariis. Inquit enim cap.3.lib.de ſacrificio Miſſæ: Catholici autem agnoſcimus in ſacris literis ſcriptam eſſe inſtitutionē immolationis Euchariſtiæ. Euangeliſtæ enim (ſpecialiter Lucas capite.22.ſpecialiusq; Paulus ad Corinthios vndecimo) tradūt poſt multas actiones Domini Ieſu in cœna, eum mandaſſe, Hoc facite in mei commemorationē. Quæ quia verba ſunt Ieſu Chriſti, libranda valdè ſunt, tum pronomen Hoc, tum verbum, Facite, tum, In mei commemorationem.

Ad intelligendum itaq; demonſtatum per pronomé,hoc,inſpicienda ſunt quæ præmittuntur. Præmittitur aũt quòd Ieſus accepit pané,gratias egit,fregit,dedit,dixit:Accipite,comedite,hoc eſt corpus meum,quod pro vobis frangitur,vel ſecundum Lucam,datur. Statimq; ſubiunxit,hoc facite in meam commemorationem. Pronomen itaque,hoc,quum nõ arctetur ad demonſtrandum aliquod præmiſſorũ,& ad aliquod præmiſſorum non demonſtrandum,conſequens eſt,vt demõſtret præmiſſorum vniuerſitatem.

Verbum, facite,multa fert myſteria. Nam non dicit,hoc dicite: ſed, hoc facite,vt ſignificaretur,quòd id,quod mãdat, nõ conſiſtit in dicere, ſed in facere: quodq; dicere hic interueniẽs, non propter dicere,ſed propter facere eſt:vt intelligeremus,quòd verba conſecrationis ſunt verba efficientia illud quod ſignificant. Et adiungendo, In mei cõmemorationem , diſtinguit facere à commemorare,vt ſignificantius nõ dixerit, hoc

commemorate,ſed,hoc facite in cõmemorationem mei. Mandat itaq; Dominus Ieſus,hoc, id eſt, vniuerſa præmiſſa facere in memoriam ſui. Actus ergo faciendi hoc mandatur relatus ad recordationem Domini Ieſu. Ex eo autem, quòd ſub Facere hoc, compræhenditur non ſolùm facere corpus Chriſti, ſed etiam facere corpus Chriſti,quod frangitur ſeu datur pro nobis, manifeſtum eſt,Dominum Ieſum mandaſſe, Facite corpus meũ,quod pro vobis frangitur, & datur. Perinde autem eſt, quod pro vobis frangitur & datur,ac ſi diceretur, quod pro vobis immolatur. Neq; enim aliter frangitur aut datur,niſi pro quãto in cruce frangitur & datur (hoc eſt,immolatur) pro vobis. Facere autem corpus meum,quod pro vobis immolatur, vt ſit, perinde eſt,ac facere corpus meũ quatenus pro vobis immolatur. Vt autem hæc quæ dicimus penetres,aduerte, quòd ſi Dominus I E S V S ob veritatem duntaxat corporis ſui ſignificandam ad-

iunxiſſet, quod pro vobis frangitur, ſeu datur, ſat fuiſſet dicere, quod in perſona mea videtis, ſeu quodcunque aliud eiuſmodi. Sed abſit à Domini Ieſu Chriſti nomine ſermo non formalis, quo adempto omnis tollitur certitudo ſermonis, vagaretur enim per infinita accidentia. Dicendo itaque, quod pro vobis frangitur, ſeu datur, formali ſermone ſignificat, Facite corpus meum quatenus pro vobis offertur. Et hoc ipſum facite in meam cõmemorationem. Porrò, ex eo quòd facere hoc in Chriſti memoriam, plus eſt quàm conſecrando facere corpus Chriſti, (quia eſt etiam facere corpus Chriſti quod datur ac pro nobis frãgitur in Chriſti recordationem) & dari ac frangi pro nobis, eſt immolari pro nõbis, (nam dari ſignificat in genere offerri, frangi verò ſignificat in ſpecie modũ offerendi, per fractionem ſcilicet) dedit enim ſemetipſum Deo in cruce fractione manuũ, pedum, ac lateris pro nobis: cõſequens eſt, quòd mandante Domino

Ieſu, Hoc facite in mei cõmemorationem, mandatur, Hoc facite immolatitio modo in meam commemorationem. Facere enim corpus Chriſti quod immolatur, eſt facere illud immolando, ſeu per modum immolationis: nam ſic duntaxat fit à nobis corpus Chriſti quatenus immolatur. Nam facto non fit à nobis corpus Chriſti quatenus immolatur, niſi vtrumque facto impleatur, videlicet & conſecrando facere corpus Chriſti, & immolando facere quod datur & frangitur pro nobis, adiuncto tertio, videlicet, in Ieſu Chriſti memoriam.

SECTIO .XXIII.

ET aduerte, prudens Lector, facta in cœna Dominica, vt perpendas quàm quadret inſtitutio inſtitutioni, & factũ facto, & immolatio immolationi. Cœna ſiquidem agni Paſchalis inſtituta in memoriam eductionis de Ægypto, in facto cõſiſtebat immolationis, ita quòd ipſa cœna erat immolatio Paſchalis agni. Similiter namque Dominus Ieſus com-

pleto ſacrificio Paſchalis agni, nouum noſtrum Paſcha ſeipſum inſtituit, vt immolatur, dicendo, Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis datur ac frangitur. hoc facite in mei memoriam. Ac ſi verbo dixiſſet, quod ſubrogationis facto dicebat: Quemadmodum hactenus in memoriam exitus de Ægypto feciſtis Paſcha, ita deinceps hoc facite in meæ immolationis memoriam. Vt ipſa ſubrogatione noui Paſchatis pro veteri loqueretur, ac diceret: Paſcha illud feciſtis immolando communi cœna, & hoc facite immolando communi menſa in mei cõmemorationem. Ita quòd ex ipſa ſubrogatione noui Paſchatis veteri, ſignificatur, quòd dicẽdo, Hoc facite in mei memoriam, intelligitur de facere immolatitio modo, nam & immolatitio modo fecerant vetus Paſcha. Hũc autem eſſe germanũ ſenſum mandati iſtius, teſtantur etiam facta recitata à Paulo. 1. Cor. 10. Connumerat ſiquidẽ Paulus panem ſanctum, & poculum ſanguinis Chriſti,

inter immolata, ſupputat menſam noſtram inter altaria, decernit edentes & bibentes de menſa Domini inter comedentes & bibentes immolata. Ex quibus claré patet, tum Apoſtolos intellexiſſe mandatum Chriſti, Hoc facite in meam commemorationem, de facere immolando Euchariſtiam: tum Apoſtolorum tempore Euchariſtiam fuiſſe in Chriſti Eccleſia non ſolùm ſacramentum, ſed etiam ſacrificiũ: tum in ſacra ſcriptura, & non ſolùm in vſu Eccleſiæ, & libris Doctorum haberi immolationem corporis & ſanguinis Domini. Verba autẽ Apoſtoli ſunt hæc: Fugite ab idolorum cultu, vt prudentibus loquor, iudicate vos quod dico. Poculum benedictionis cui benedicimus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Panis quem frangimus, nónne communicatio corporis Chriſti eſt? quoniam vnus panis, vnum corpus multi ſumus: nam omnes ex eodẽ pane participamus. Videte Iſraëlem ſecundùm carnem: nónne qui edunt victimas

mas,participes altaris ſunt? Quid ergo dico, quòd ſimulacrum aliquid ſit, aut quòd ſimulacris immolatum aliquid ſit? Sed,quòd quæ immolant gentes, Dæmoniis immolant,& nõ Deo. Nolo autem vos communicantes fieri Dæmoniorũ. Non poteſtis poculum Domini bibere, & poculum Dæmoniorum: nõ poteſtis menſæ Domini participes eſſe,& menſæ Dæmoniorum.hæc ille. Ex his enim manifeſtè patet,Apoſtolum inter victimas Iſraëlis & immolata Dæmoniis,recẽſere panem, quem frangimus, & poculum benedictionis: & inter altare Iſraëlis,& menſam Dæmoniorum, menſam Domini: & inter edentes victimas altaris Iſraël, & edentes immolata Dæmoniis, edentes de menſa Domini,& bibẽtes de illius poculo. Et ex eiuſmodi ratione arguere,quòd non poſſunt immolatorum Deo & Dæmonibus participes eſſe. Niſi enim immolata eſſent Deo panis & calix Chriſti, vniuerſa Pauli fabrica ex immolatis tam Deo vero ab Iſraële, quàm

immo-

immolatis Dæmoniis à gentibus, ſurgẽs, rueret. Sed hoc tam clarum eſt teſtimonium, quòd panis & calix Chriſti tempore Pauli immolabantur, vt noſtra clarificatione non indigeat. Alterum negatũ à Lutheranis in Miſſa, videlicet quòd ſit hoſtia pro expiatione peccatorum, facilè ex eodem Domini Ieſu mandatò, eadem procedendo via monſtratur falſò negari. Nam Matth. 26. Dominus IESVS accepto calice non ſolùm dixit, Hic eſt ſanguinis meus, qui pro multis effundetur: ſed adiunxit, In remiſſionem peccatorum. & ſubiunxit, hoc facite in mei recordationem. Sub mandato eo itaq; HOC facite, comprehenditur facere immolando ſanguinem CHRISTI in poculo, non ſolùm quatenus effunditur, ſed etiam quatenus effunditur pro multis in remiſſionem peccatorum. Sermo enim formalis ſignificat quòd quemadmodum effuſio ſanguinis in remiſſionẽ peccatorum, eſt ipſa incruẽta hoſtia pro peccatis noſtris, ita facere poculum ſangui-

guinis, qui effunditur in remiſſionem peccatorum, vt ſic,eſt immolare poculum ſanguinis, quatenus effunditur in remiſſionem peccatorum,quatenus operatur remiſſionem peccatorum. Effundi enim in remiſſionem peccatorum,eſt operari remiſſionem peccatorum,quantum eſt ex parte ſua,quicquid ſit de effectu. Non igitur humana eſt adinuentio, ſed intelligentia & obedientia Diuini mandati, tum offerre corpus & ſanguinem Chriſti ſub ſpecie panis & vini, in memoriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, tum hæc ipſa offerre pro expiatione peccatorũ,vt optima Legum interpres, vniuerſarum Eccleſiarum conſuetudo, non ſolùm Latinarum,& Græcarũ, ſed Armeniarum,Perſarum,& reliquarũ per orbem diffuſarũ, ab antiquo ſemper eſt interpretata.

SECTIO .XXIIII.

Primum Argumentum.

ADVERSVS hæc duo inſtituta inſurgunt Lutherani ex multis dictis

ctis in Epiſtola ad Hebræos, cap. 7. vſq; ad. 10. incluſiuè. Et cōtra quotidianam quidem oblationem Euchariſtiæ agunt tripliciter. Primò, ex multitudine Sacerdotum, nam ibidem differentia ponitur inter Chriſtum Sacerdotem noui teſtamenti, & Sacerdotem veteris teſtamēti, quòd ille eſt vnicus, iſtum autē oportet multiplicare: quia ille æternus, iſte temporalis. Inconueniens ergo eſt, in nouo teſtamento affirmare talem hoſtiam, cui nō ſat eſt vnicus Sacerdos Chriſtus, ſed oportet ſucceſſiuè, ſecundum temporū ſucceſſus Sacerdotem Sacerdoti ſuccedere, vt oportere videmus in Miſſæ ſacrificio.

Reſponſionum ad obiecta præfatio.

Fundamentum veritatis & intelligēdi diuerſa ſacræ ſcripturæ dicta, circa noui teſtamēti Sacrificium & Sacerdotium, eſt hoſtiæ vnitas, ſimpliciter & abſolutè immolatæ ſemel in cruce ab ipſo Chriſto ſecundum ſeipſum, & ſecundū quid immolatæ quotidie ab eodem per mini-

Vnitas hoſtiæ.

ſtros

ſtros in Eccleſia ſua. Ita quòd in nouo teſtamento eſt hoſtia cruenta, eſt & hoſtia incruenta: hoſtiam ſiquidem cruentam agnoſcimus Ieſum Chriſtum in crucis ara oblatũ ſemel pro peccatis totius mundi: hoſtiam verò incruentam agnoſcimus inſtitutam à Chriſto, corpus & ſanguinem eius ſub ſpecie panis & vini, vt citatæ ſcripturæ teſtantur. Verùm, hoſtia cruenta & incruenta nõ ſunt hoſtiæ duæ, ſed hoſtia vna: quia res, quæ eſt hoſtia, eſt vna met res.: non enim Chriſti corpus in noſtro altari eſt aliud ab illo CHRISTI corpore, quod oblatum eſt in cruce; nec ſanguis Chriſti in noſtro altari eſt alius ab illo Chriſti ſanguine, qui fuſus eſt in cruce. Modus verò hanc vnam eandemq; hoſtiam immolandi alter eſt, quia ille vnicus ſubſtantialis ac primæuus immolandi modus fuit cruentus, vtpote in propria ſpecie corporis fractione, in cruce ſanguinem fundens. Iſte verò quotidianus externus acceſſoriusq; modus eſt incruentus, vtpote ſub

vna hoſtia

ſpecie panis & vini oblatum in cruce Chriſtum immolatitio modo repræſentans. Quocirca noui teſtamenti hoſtia cruenta & incruenta, vnica eſt, ex parte rei oblatæ, & ex parte modi offerendi, licet ſit diuerſitas, quia tamen iſte modus, ſcilicet incruentè immolare, nõ eſt ſecundum ſeipſum tanquam diſparatus modus immolandi inſtitutus, ſed duntaxat vt refertur ad cruentã in cruce hoſtiam, conſequens eſt apud ſapientes & penetrantes, quòd vbi vnũ non niſi propter alterum, ibi vnum duntaxat eſt: cõſequens, inquam, eſt, non poſſe affirmari propriè loquẽdo duo ſacrificia, aut duas hoſtias, aut duas oblationes, immolationes, & quouis nomine appelles, eſſe in nouo teſtamento, ex hoc quòd eſt in eo hoſtia cruenta Chriſtus in cruce, & hoſtia incruenta Chriſtus in altari: ſed eſſe vnicam hoſtiam ſemel oblatam in cruce, perſeuerantem modo immolatitio, quotidiana repetitione ex inſtitutione Chriſti in Euchariſtia. Perſeuerãtiam autem

ho-

hoſtiæ in cruce oblatæ fingimus in noſtro altari, ſed ex identitate rei oblatæ in cruce & in altari habemus. Ex eo enim quòd vnum atq; idem Chriſti corpus eſt, quod oblatum eſt in cruce, & illudmet offertur in altari, clarè patet non eſſe aliam hoſtiam in altari, & in cruce: ſed eam quæ in cruce oblata eſt ſemel, perſeuerare: alio tamen modo in altari mandante Chriſto, Hoc facite in mei commemorationem. Si namq; iunxeris hæc duo, videlicet, Hoc facite, &, In mei memoriam, perpendés quòd vnum atq; idem illud quod tunc fiebat, facimus in Chriſti memoriam, quod eſt illud vnum atque idem, quod tunc frangebatur & effundebatur, perſeuerare ſub ſpecie panis & vini in memoriam Chriſti.

Solutio primi argumenti.

Ex his igitur ad ſingula obiecta ſigillatim diluenda deſcendendo, dicitur ad primum de vnitate Sacerdotis, quòd in nouo Teſtamento vnicus eſt Sacerdos Chriſtus, & ipſemet eſt Sacerdos in noſtro

ſtro altari. Nam miniſtri quique non in perſonis propriis,ſed in perſona Chriſti conſecrant corpus & ſanguinē Chriſti, vt teſtantur verba conſecrationis,ac per hoc vices Chriſti agentes offerunt. Nō enim dicit Sacerdos, Hoc eſt corpus Chriſti: ſed,Hoc eſt corpus meum. faciendo in CHRISTI perſona ſub ſpecie panis corpus Chriſti, iuxta mandatum Chriſti, Hoc facite. Et quum infertur inconueniens eſſe,affirmare hoſtiam in nouo Teſtamento,cui non ſat eſt Chriſtus, ſed oportet ſuccedere miniſtros. Reſpondetur, quòd aliud eſt affirmare diſparatam hoſtiam ſucceſſionem Sacerdotum requirentē, & aliud eſt affirmare perſeuerantiam hoſtiæ in cruce oblatæ requirentem ſucceſſionem miniſtrorū. Primū enim dedeceret noui Teſtamenti ſtatum,ſecundùm autem conſentaneum nouo Teſtamento eſt,vt iugis vigeat victima illa ſemel oblata.

Argumentum ſecundum.

Secundò, ex repetitione oblationis,

nam ibidem ſcribitur differētia inter ſacrificium veteris Teſtamenti, & ſacrificium noui Teſtamēti: quòd illud repetebatur, tum ſingulis diebus à Sacerdotibus ſimplicibus, tum ſingulis annis à ſummo Sacerdote: hoc autem neq; quotidie, neque quotannis repetitur, ſed ſemel oblatum eſt. Inconueniens eſt ergo in nouo teſtamento ſacrificiū affirmare quod oportet ſæpè repeti.

Solutio ad ſecundam obiectionem.

Ad ſecundum, ex parte repetitionis, dicitur, quòd in nouo teſtamento non repetitur ſacrificiū, ſeu oblatio, ſed perſeuerat vnicum ſacrificium ſemel oblatum immolatitio modo, & in modo perſeuerandi interuenit repetitio ſecūdum quid, & nō ſimpliciter in ipſa re oblata. Nec etiam ipſe qui repetitur modus cōcurrit ad ſacrificium propter ſe, ſed propter noſtram indignitatem, & propter oblationem in cruce commemorandam incruentè. Huius autē modi repetitionem non eſſe cōtra doctrinam Epiſtolæ

ad Hebræos, teſtantur verba illius, inferentia, quòd ſi repeteretur noui Teſtamenti ſacrificium, oportuiſſet Chriſtũ ſæpè pati. De repetitione igitur ſacrificij manifeſtat ſe loqui, non autem de repetitione iſtius modi, ſeu miniſterij à Domino Ieſu Chriſto inſtituti.

Tertium Argumentum.

Tertiò, ex parte rei oblatæ, nam ibidem differentia inter ſacrificium noui & veteris teſtamenti ponitur, quòd tunc ſanguine hircorum. &c. vtebatur Sacerdos, nunc autem per proprium ſanguinem ſemetipſum ſemel obtulit: Inconueniens ergo eſt, per nos offerri ſub ſpecie panis & vini, qui ſemel ſufficientiſſimè oblatus eſt Chriſtus à ſeipſo.

Reſponſio ad tertium.

Ad tertium, ex parte rei oblatæ, dicitur, quòd cum hoc, quod Chriſtus ſemel proprium ſanguinem ſufficientiſſimè & abundantiſſimè fuderit in cruce, quadrat, vt perſeueret immolatitio modo in Euchariſtia illa vnica ac ſufficientiſſima

ſima ſanguinis in cruce effuſio.

SECTIO .XXV.

Argumentum primum contra ſacrificium Miſſæ propitiatoriũm.

CONTRA hoc verò, videlicet quòd Euchariſtia ſit hoſtia pro peccatis, arguunt etiam tripliciter. Primò, ex repetitione, quia ibidem hoſtiarũ veteris teſtamenti infirmitati ad delenda peccata aſſcribitur repetitio hoſtiæ: ſi enim peccata purgaſſent, deſiſſent offerri: & ideo noui teſtamenti hoſtia tollens peccata, non repetitur. Inconueniens ergo eſt, in nouo teſtamento affirmare hoſtiam pro peccatis, quam oportet repetere, qualis eſt Miſſa.

Solutio prioris obiectionis.

Ad primum aũt contra Euchariſtiam, quatenus affirmatur hoſtia pro peccatis, dicitur, concedendo, quòd ex hoſtiæ impotentia ad delenda peccata, decreta eſt in Lege veteri repetitio eiuſdem hoſtiæ. Et quum infertur, incõueniens eſſe in nouo teſtamento affirmare hoſtiam

pro peccatis, quam oportet repetere, conceditur totum propriè loquendo: quia non repetitur in Miſſa hoſtia, ſed illamet hoſtia in cruce oblata perſeuerans, modo immolatitio recolitur in qualibet Miſſa.

Argumentum ſecundum.

Secundò, ex ſufficientia ſacrificij Chriſti, quia Chriſtus vnica oblatione ſemetipſum offerens in cruce conſummauit omnes accedentes ad eum. &c. Iniuria ergo fit ſufficientiſſimæ Chriſti hoſtiæ pro peccatis totius mundi, addendo hoſtiam aliam in nouo teſtamẽto pro peccatis.

Solutio ſecundi argumenti.

Ad ſecundum autem dicitur, quòd abſit etiam à fidelium mentibus cogitare, quòd ad ſupplendam efficaciam hoſtiæ in cruce oblatæ celebretur Miſſa. Celebratur enim tanquam vehiculum remiſſionis peccatorũ per Chriſtum in cruce factæ: ita quòd quemadmodum non eſt alia hoſtia, ita non aliam adfert remiſ-

ſionem peccatorum. Nam quemadmodum Chriſtus per proprium ſanguinem penetrauit cœlos perſeuerans Sacerdos in æternũ ad interpellendum pro nobis, vt in eadem Epiſtola ſcribitur: ita perſeuerat nobiſcum per Euchariſtiam immolatitio modo intercedendo pro nobis. Sicut enim ſufficientia & efficacia ſumma ſacrificij in ara crucis non excludit perſeuerantiam CHRISTI in cœlis in officio interpellandi pro nobis, ita non excludit perſeuerantiam eiuſdem nobiſcum immolatitio modo ad intercedendum pro nobis. Nam quemadmodum continua interceſſio Chriſti pro nobis in cœlo non derogat vnicæ interceſſioni mortis Chriſti, ita non, imò multò minus, eidem derogat perſeuerantia ſacrificij CHRISTI immolatitio modo ad intercedendum pro nobis, vt participes ſimus remiſſionis peccatorũ in ara crucis factæ: quando iſta interceſſio fit per myſterium ſub ſpecie panis & vini, illa autem in cœlo fit per Chriſtum in propria

ſpecie,in qua crucifixus eſt. Si enim derogationi locus eſſet, magis derogaret vnicæ mortis interceſſioni, vt poſt mortis interceſſionem intercedat Chriſtus ſub ſpecie propria, quàm ſub ſpecie aliena. Illud namque intercedere præ ſe fert quaſi ſupplementum intercedendi, hoc autem præ ſe fert ceremonialem intercedendi modum nobis valdè conſonum.

Tertia obiectio.

Tertiò, ex parte abolitorum peccatorum, quia vt ibi dicitur, vbi nõ reſtant peccata expianda, non eſt opus hoſtia pro peccatis. Sed omnia peccata ſunt abolita per gratiam noui Teſtamenti, quod Chriſti morte firmatum eſt: non eſt ergo locus alteri hoſtiæ pro peccatis in nouo Teſtamento.

Solutio ad tertiam obiectionem.

Ad tertium dicitur, quòd cum grano ſalis intelligendum eſt peccata eſſe nobis remiſſa per Chriſti mortem, videlicet per Chriſti mortem applicatam nobis per inſtituta à Chriſto ſacramenta & ſacri-

crificia, in hoc enim Chriſtiani omnes conuenimus: inter ſacramenta autem à Chriſto inſtituta ſupputatur, & eſt ſacramentum Euchariſtiæ inſtitutum ab ipſo Chriſto immolatitio modo, vt declaratum eſt ex verbis Chriſti & Pauli: & ideo ſi qui inter Chriſtianos ſunt egentes poſt baptiſma remiſſione peccatorum, Euchariſtiæ hoſtia prodeſſe poteſt, illis ad remiſſionem peccatorũ applicando efficaciam mortis CHRISTI ad illos: nõ egentibus autem remiſſione peccatorum prodeſt ad vegetationem animæ, quemadmodum cibus & potus corporeus vegetat corpus. Sacramentũ enim Euchariſtiæ quamuis immolatitio modo inſtitutum ſit, etiam pro expiatione peccatorũ facta per crucem Chriſti applicanda colentibus, nõ tamen eſt inſtitutum propter hoc duntaxat, ſed etiam pro aliis animæ bonis, vt ſunt ſalus animæ, cultus Dei, proſperarum rerum impetratio, ac aduerſariarum depulſio. &c. Cum omnibus igitur ſcriptis in E-

piſtola ad Hebræos ſtat Miſſæ ſacrificium, quod Eccleſia Catholica edocta à Chriſto & Apoſtolis celebrat. Et hæc ſint dicta extenſione ibidem dictorum admiſſa ad Euchariſtiæ hoſtiam: noui enim quòd iuxta genuinũ ſenſum de ſacrificiis cruentis tractat Author illius Epiſtolæ, monſtrans excellentiam cruenti ſacrificij oblati à Chriſto condendo nouum teſtamentum, relatiuè ad ſacrificia omnia veteris teſtamenti. Hucvſq; reuerendiſſimus D. Caietanus, in explicatione ſacrificij Miſſæ contra Lutheranos, cuius fundamenta ex verbo Dei, confutare aut reuellere eſt impoſſibile, quibuſcunque aduerſariorum nugis & detractionibus.

SECTIO .XXVI.

EXPOSITA iam Catholica fide de verbis Domini, Hoc facite. Lu. 22. ſecundum Euangelicũ Eccleſiaſticumq; ſenſum, de mandato à Chriſto prolato Eccleſiæ, vt facerent aliqui ex ea, conſecrando, offerendo, diſtribuendo, & ſumen-

mendo in ſui memoriam, ſicut Chriſtus ipſe prius fecerat: nunc ſupereſt diſcuſſio nebularum ineptiarumque falſi nominis ſcientiæ, quas ad fucum incautis faciendum, Matthias Flaccius Illyricus his diebus Antuerpiæ contra Eccleſiæ doctrinam euulgauit, ſimul quæ'nam ſit Chriſtianorũ aſſertio de incruento ſacrificio neſciens, aut impudentiſſimè, quod veriſimilius eſt, diſſimulans.

Illyricus.

Breuis & ſolida demonſtratio, quòd iſtis verbis, Hoc facite in meam commemorationem, nõ ſit inſtituta Miſſa. Et quòd verbum Hoc, propriè nõ corpus, at totam illam actionem ſignificet, aduerſus Concilium Tridenti habitum, & quendam Monachum.

Porthæſius.

Breuem tuam & nimis ſtolidam demonſtrationem de verbis Domini, Hoc facite, ſatis lubricè, negatiuè, obſcureq; explicuiſti, dicendo, his Domini verbis Hoc facite, non inſtitutam Miſſam, ſeu ſacrificium [a] corporis & ſanguinis Domini,

mini, ſacrificium [b]altaris, oblationē [c]altaris, veriſſimū &[d]ſingulare ſacrificium, victimam [e]ſanctam, ſacrificium [e]precij noſtri, ſacrificium [e]mediatoris, ſacrificiū [f]noui teſtamenti, ſacrificium panis & [g] vini, ſacrificium ſecundum [h]ordinē Melkizedec, ſacrificium menſæ[i] Domini, ſacrificium mundum [k] & purum, ſacrificium [l]laudis, ſacrificium [m] Euchariſtiæ: Miſſā[n]enim ſic ſacrificiū ab Auguſtino, Leone, & Ambroſio vocatur. Vt inte-

[a] *Aug.22.de ciuit.8.cap.In Pſal.33.De anima. lib.1.cap.9. & .11.* [b]*Lib.8.de ciuit.cap.27.& lib.22.cap.10.* [c]*Lib.2.Retract.cap.11.* [d] *De ſpiritu & liter.cap.11.* [e e e] *Lib.9.confeſſ.cap.12.&.13.& in ench.cap.110.ac ſerm.32.de verbis Apoſtoli.* [f] *Epiſtola.120.ac contra Iudæos.* [g] *De ſide,ad Petr.cap.19.* [h]*In Pſal.33.&.110. ac epiſt.95.* [i]*Tract.84.in Ioan.* [k].*Lib.18.de ciuit.cap.25.& lib.19.cap.23.* [l] *Lib.1.cap.18. &.20.contra aduerſ.Leg.& Prophet.* [m] *De rectitud.Cathol.conuerſ.* [n]*Auguſt.ſerm.91. 237.&.251. Ambroſ.lib.5.epiſt.33. Leo epiſt. 80.&.88. Et vetuſtiſſ.Patres ac Concilia hoc nomē Miſſæ vſurparunt,quod conſtat vel ipſo Cal.teſte ab oblationib.dictū.lib.4.ca.18.ſec.8.*

rim nō taceam, quòd veteres ita Miſſam nuncuparūt, propter miſſum ad Patrem Eccleſiæ ſacrificium, & populum dimiſſum peracto ſacro, propter oblationem ſpontaneam corporis & ſanguinis Domini. Dicis ſubinde, Hoc, non ſignificare corpus, ſed totam actionē. Sed vel te teſte, erit nunquam corpus, niſi ante fiat præſens verbo Dei. Vnde primò demonſtratum conſtat tanquam ſubſtantiam & terminū, cuius ſit manducatio. Nam nequit manducari, niſi prius fuerit præſens effectum. Quum autem Chriſtus voluerit Euangelicos Sacerdotes facere corpus quod fecerat, conſequēs eſt eos mactatum facere corpus. Ergo HOC ſemper demonſtrabit ſubſtantiam effectam in memoriam, vt eiuſdem conſequenter fiat manducatio. Facere autem corpus tradendum, ſecundum Latinos, &quod tunc tradebatur, ſecundum Græcos, ſine immolatione, eſt impoſſibile, iuxta Dei verbū: ideo in Euangelio ſemper Chriſti immolatio vnica ſiue ſacrificij

ficij repetitione. Quamobrē actio man- ducandi demonſtrabitur tantùm tanquā conſequēs corpus manducandum. Præ- terea quum non ſit actio circa diuinum corpus ſine ſubiecto, conſequitur etiam naturali lumine, primò faciendū corpus à Chriſto mandatum, cuius eſſet poſtea manducatio: niſi Flaccius quoddam Il- lyrici portentum velit nobis promittere. Deinde quum HOC ſit demonſtratiuum rei faciendæ, conſequens eſt, imprimis demonſtrare ſubiectum aliqua effectum actione, circa quod ſint actiones offerēdi, diſtribuendi, & ſumendi. Semper pro- pterea fixum manebit, omnē illam actio- nem eſſe commentum, niſi aliquid ſit ef- fectum præſens, quod prius demonſtre- tur. Dicimus demùm, HOC, demonſtrare ſubſtantiam, ſicut quando dixit, Hoc eſt corpus meum. niſi quòd ibi corpus per modum ſubſtantiæ, hìc autem per mo- dum vſus & actionis, circa ſubiectum ef- fectum. Cæterùm, aduerſarius cōtra nos & SS. Synodum ſe ſcripſiſſe iactat: ve-

rùm, id non aduerſum nos, ſed contra Chriſtum, & eius primitiuã Eccleſiam, (vt docuimus) excogitauit, imò ineptè non minus, quàm abſurdè effutiuit.

SECTIO XXVII.

Illyricus.

Imprimis. 1. Corinth. 11. duo validiſſima teſtimonia, & elucidationes Apoſtoli Pauli huius CHRISTI *mandati habemus. Primò namque dixit, Hoc facite, quotieſcunque biberitis in meam commemorationem: quo declarat iſto verbo Facere, nihil aliud intelligendum eſſe, quàm edere, bibere, aut communicare.*

Porthæſius.

QVOD hîc Flaccius de Apoſtolo vſurpat, non ſuum, neque Lutheranorum, ſed Chriſtianorum eſt teſtimonium, quod ab illis conſeruatum, furatur. Proinde ab his quibus data eſt ſcriptura, & à quibus diiudicata pro canonica, (vt fuêre, Innocentius, Concilium Carthaginenſe, Auguſtinus, ac Gelaſius, cum Romana Eccleſia, matre omnium *Scriptura eiuſq; ſenſus ab Eccleſia tantùm verè agnoſcitur.*

Eccle-

Eccleſiarum) quærendus eſt ſenſus. Quũ autem (ſicut docuimus) non ſolùm cõmunionem, ſed etiam cõfectionem, oblationem, ac diſtributionem in cœna intellexerint, conſequens eſt, Illyricũ ſcripturæ maieſtatem alternare, ſenſumque peruertere, qui tantùm de ſumptione conatur Domini verba interpretari. Subiungit Sclauus, nihil aliud iſta verba quàm cõmunionem ſignificare. At quibus aliis ſermonibus putat miniſtrorum eſſe, & non plebis, cœnam Dominicam miniſtrare, quum tamen Cent. 1. cap. 4. lib. 2. pag. 292. iudicarit hoc munus ſubire Paſtores ex verbo Dei. 1. Cor. 11.?

Illyricus. Nam ſi nihil aliud, HOC facite, quàm ſumite, ſignificat, vt vult Illyricus, ſibimet impoſuit & aliis, per hæc verba volens miniſtrorum poteſtatem ſtatuere, quum manducare ſit aliud quàm habere poteſtatem diſtribuendi. Nihil aliud (ais bone Cenſor) Hoc facite, ſignificat, q̃ edere & bibere, aut communicare: tamen Cent. 1. lib. 2. cap. 6. pag. 500. con-

ten-

tendis iis verbis inſtitutum, vt recolamus paſſionis ac inſtitutionis hiſtoriam. Propterea aliquid aliud ſignificatur, quàm edere & bibere, per verba Domini, HOC facite. Vnde, quæſo, in mentem reuoca, quæ Patres Eccleſiæ dixerunt, vel ſaltem quid tu alibi ſtatueris, .ſ. nonnulla alia his verbis, HOC facite, decernẽs. Sanè ſemiſopnus Dormitantius noſter vacuas vanæ Prophetiæ Ideas pleno ventis eructat ſtomacho, dicens, Nihil aliud intelligendum his verbis, HOC facite, quàm edere, bibere, aut cõmunicare. Et quaſi ſui oblitus, aut furia ſopitus, eodem tempore in Confeſſione ædita Antuerpiæ Anno. 1567. pronunciat, non tantùm ſumptionem deſignatam verbo Domini Hoc facite, ſed etiam recitationem verborum eorundem ſuper pane & vino. Iam Chriſtiane Lector, vides, Hoc facite, ſecundũ ipſummet Flaccium, idem eſſe quod Hoc diſtribuite, hoc miniſtrate, accipite poteſtatem id faciendi, per hoc memores eſtote meæ paſſionis, hæc ver-

verba recitate : quæ ſunt aliquid aliud, quàm ſumere, & communicare. Nihil aliud, inquit, intelligendum eſt, q̃ communicare, per Domini verba, Hoc facite in meam cõmemorationem: ergo vobis impoſuit veſter vltimus Elias Lutherus Anno. 1520. tom. 2. de capt. Babil. dicẽs: *Hoc facite in meam cõmemorationem, hoc ipſum agere deberet Euangeliſtæ, vt promiſſionem iſtam populo fideliter inculcaret, & commendaret ad prouocandam fidem eorum in eandem.* Alter, qui te tuis apposítè depinxit coloribus, Luthero in ſua factione, licet cõtraria, non inferior, Ioannes Caluinus lib. 4. ſuæ inſtitu. Chriſt. cap. 3. ſect. 6. & cap. 15. ſect. 20. *Hoc facite, vult eſſe, hoc vnus veſtrûm aliis diſtribuat.* Hinc cap. 17. ſect. 37. putat intelligendum *De dignis laudibus & publicis, quibus vno ore ſimul omnem noſtræ ſalutis fiduciam in* CHRISTI *morte collocamus.* Aperi nunc, ſi lubet, oculos, & agnoſce Eccleſiam Dei, imò te etiam cum aliis aliquid aliud, quàm eſum & potum, vel com-

Luther. ait: Hoc facite, i. hanc promiſſionem inculcate.

Caluinus: Hoc diſtribuat vnus aliis.

communionem intellexiſſe in his verbis Chriſti, Hoc facite. Dicis Apoſtolum declaraſſe nihil aliud intelligendum præter communionem. Imponis Apoſtolo, qui tuum *Nihil aliud*, nunquã dixit, ſed natum eſt ex Hæreticorum nouitia Logica, quam neſciuit vnquã Eccleſia Dei: imò nec Philoſophi ad vnũ omnes, nam non ſolent argumentari ab authoritate negatiuè, ſed mulierɑularum Prædicantumq́; eſt. Certè Paulus nihil habet de tua garrulitate excluſiuè negatiua, *Nihil aliud intelligendum*. Cenſet equidem Apoſtolus de communione in memoriam ſumenda: ſed nõ negat prius faciendum hoc ipſum Chriſti corpus mactatum, ſeu traditum & fractum pro nobis, ſicut tu, vt poſtea ſumatur in memoriam. Cæterùm, quomodo tuis ineptiis ſomnias te manducaturum in recordationẽ Chriſti, niſi prius fuerit virtute verbi effectum diuinum corpus immolatum in memoriam, circa quod fit actio diſtributionis, manducationisq́;, quæ omnia ſacrifica-

S. Paulus nõ loquitur negatiuè, nec excluſiuè.

tionem inuoluunt neceſſariò, vt docuimus ſuprà.

SECTIO XXVIII,

Illyricus.

Poſteà, ad maiorem verborum explicationem, ſubiungit: Quia quotieſcunque de pane iſto edetis, & de calice bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat. Ex quo facilè percipi poteſt, quòd verbulum Hoc, dirigatur ad illam totam actionem, quæ nobis vt ſæpius reiteraremus, in verbo Hoc facite, eſt commiſſa.

Porthæſius.

QVIA nos Chriſtiani Catholiciq; DEI miſericordia ſumus, nihil exrra Dei verbum, ſiue ſcripto, ſiue traditione illud acceperimus, admittimus, & admittendum contendimus, conſequẽs eſt, & reiiciendam eſſe excluſiuam negatiuamq; Illyricanæ ſycophãtiæ propoſitionem .ſ. *Sed hæc actio commiſſa, vt ſæpius iteremus; nihil aliud eſt quàm ſumptio.* Nego. Probèt ergo aduerſarius, ſi poteſt, ex diuino verbo ab Eccleſia filij

Dei viuentis accepto, iſtam negatiuam hæreticam, quam Paulus, nec Dei verbũ vnquã agnouit, vt imponit nouitia Lutheranorum Logica, bonarũ artium negatiua non minus, quàm veritatis excluſiua. Verùm, ſcire conuenit B. Apoſtolum admonuiſſe craſſi erroris Corinthiorũ Eccleſiam, quæ inter prophanas epulas Dominicam cœnam celebrabat, & cum ſacrificiis Idolorum miſcebat: quod vt caſtiget maiori cum increpatione, adducit Dominicæ paſſionis memoriam, & Deum lucem nihil fœderis habere contendit cum Angelo tenebrarum. Vnde nõ licet cœnam Dominicam ſumere ſine pietate ſumma, religioneq́; caſtiſſima. Exponit propterea Apoſtolus Domini verba conſequẽter, hoc eſt, non ſolùm conficiendum virtute verbi, vt ſit hoc ipſum corpus quod traditum immolatumq́ue fuit in die Veneris ſancta, ſed etiam offerendum ac diſtribuendum in memoriam, & ſumendum. Sic gloſſa interlinearis, Luc. 22. quum con-

ſtraui, aliquid aliud eſt, quàm edere, bibere, & communicare. Verùm ſit, vt vult Iuppiter orbus, verba Domini dirigi ad illam totam cœnæ actionem. At facere corpus mactatum, eſt offerendi actio: ergo revera facere ſignificabit offerre. Sacerdotem autem id agere debere ex diuino expreſſoq; viuentis filij Dei verbo conſtat, inquit enim, Hoc eſt ipſum meum corpus, quod datur pro vobis, ſeu dabitur. Verùm, certò certius conſtat, Chriſtum feciſſe quod dixit, vnde conſequẽs eſt, fuiſſe ſuo verbo effectum corpus mactatum, quod ſacrificium revera eſt, & dicitur, vt antea diſputauimus. Hoc autem quod fecerat, vult nos in ſui memoriam facere: quamobrem ex Dei verbo ſemper ſtabit immolatio non repetità, ſed virtute verbi mutabũtur elementa in eandem vnicamq; CHRISTI mactationem. Inſuper quando Illyricus cõtendit HOC demonſtrare totam cœnæ actionem, & non corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, (quod ſit actionis ſubiectũ)

Ioã. à Laſco Polon. de cœna Domini.

Ioachimus weſtphalus Illyricus in cõfeſ. anno 1567.

in ineptiis Ioannis à Laſco ſeſe volutat, cui tamen ſe opponit. Nam ille in Polonia dixit, Hoc, non corpus demonſtrare, ſed totam cœnæ actionem. vt oſtendit Weſtph. cõtra Cal. & Illyricus in confeſſ. Anno. 1567. & Apolog. aduerſum Bezam Anno. 1566. ac Heſhuſ. contra Cal. cauil. Hoc tamẽ dogma nunc probat noſter Flaccius, vt Eccleſiam DEI oppugnet: ſed laboret in actione ſua tota demonſtrata quantum libuerit, littus arabit, niſi ſubiectum ſimul demonſtratũ affirmet, circa quod ſint actiones conficiendi, offerendi, diſtribuendi, ac ſumendi. Ergo primò conſtat demonſtratum eſſe ſubiectum corpus, & concomitanter omnes actiones circa illud, vt ſunt cõficere, offerre, diſtribuere, ac ſumere. Cæterùm, quando S. Apoſtolus pronũciat: Quotieſcunq; manducaueritis panem hunc, & de hoc poculo biberitis, mortem Domini annuntiatis quovſque venerit: oſtendit ipſum Eccleſiæ ſacrificium præceſſiſſe manducationem. Ideo dixit,

dixit, manducantes annũciatis mortem. Nam nõ poſſumus manducare de ſacrificio, ſi occiſum & mortuum prius non fuerit. Propterea manducando mortuũ mactatumq́; Dominum noſtra participatione annunciamus: nõ poteſt autem venire ad iudicium, niſi mortuus reſurrexerit & aſcẽderit. Vnde patet, quónam pacto mortem Domini etiam ſi tacuerimus, annunciemus. Nam nõ ait, Mortem annunciabitis mortuis, imò mortiferis Prædicantum frigidisq́ue territamentis: ſed manducatione, ob cauſas prædictas, comedendo annũciatis. Ideò tam ſanctam cõmunionem longè abeſſe à cibis prophanis aut idolothytis, cogitare debetis, & vt religioſam & caſtam celebrare. Vnde Deum oramus in Miſſa memores paſſionis, ab inferis reſurrectionis, in cœlos aſcenſionis, & aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Illyricus.

Secundò, idem teſtatur communis intellectus, quia nemo qui ſapit, aut qui valet in-

genio, aliter intelligit, q̃ de actione & iuſſione, quam Dominus antea fecerat conſummaueratq́, quando Apoſtolis panem diſtribuit, & iuſſit edere & bibere, quia verbulum Hoc, dirigebatur ad præſentem actionem, quam ibi inſtituit Dominus.

Porthæſius.

Illyricus, Lutherus, Caluinus, nō ſapiunt ſecundum Flaccium.

Omnis qui valet ingenio, intelligit verba Domini de diſtributione & de mandato ſumendi panē: ideo non ſapiebant Illyricus cū ſociis, Luthero, & Caluino, quando pronunciarūt aliquid aliud intelligendum, ſcilicet prædicationē, poteſtatem faciendi, ac diſtribuendi, mandatum recitandi verba, memoriam inculcandam de hiſtoria inſtitutionis & paſſionis. Intellectus, inquit, ſuadet homini, qui ſapit, intelligenda Domini verba de diſtributione facta, & de iuſſione manducandi & bibendi panem diſtributum. Sed de faciendo hoc ipſum corpus, quod Chriſtus fecerat mactatum, vt manducaretur, quid putas dicendum, Illyrice? Manducabis'ne etiam ſi nō fuerit

rit effectũ præſens? Quibus verbis conficiendi poteſtatem commiſſam putas? Credimus Chriſto iubenti, Hoc facite, .ſ. quod fecerat, conſecrarat autem hoc ipſum ſuum corpus immolatum, ex elemento terreno: voluit ergo nos ſimiliter illud facere mactatũ, quod eſt revera immolare. Intellectus cõmunis (vt aſſeris) teſtatur iuſſionem manducationis, Chriſto panem diſtribuente, captus ergo eras etiam communi intellectu, nec ſapiebas aut ingenio valebas Flacci, quando nihil aliud quàm edere, bibere, aut communicare intelligendum pronunciabas. Certè diſtribuere, totaque cœnæ actio, eſt aliquid aliud quàm edere, bibere, aut communicare. Ea de re (quæſo) reuertere ad Eccleſiam, & ſenſu eius cõmuni, bene ſapies. Fateris, bone vir, Hoc facite, ſignificare actionẽ quam Dominus in cœna prius fecerat. Verùm (vt docuimus) fecerat ſuum ipſum corpus immolatũ, ſecundum ſuum purum putum Dei verbum, quod eſt ſacrificare: ergo ſemper
ſta-

ſtabit, nos ex DEI verbo facere corpus immolatum, ſeu ſacrificare modo incruento in memoriam paſſionis & mortis Chriſti. Demùm, quòd tu indicas Chriſtum panem Apoſtolis diſtribuiſſe, ſi intelligas, panem qui de cœlo deſcendit, tecum conuenio. ſin autem, proba ex DEI verbo panem materialem dediſſe, quoniam lego eum accepiſſe quidem panem, ſed omnipotentia verbi effeciſſe ſuám carnem, cum benedictione & gratiarum actione, ſicut tradit Cyprian. lib. de cœna Domini, dicẽdo, Hoc eſt ipſum meum corpus. Et hic eſt panis adorandus, ſicut docet Theodoret. Dialog. 2. tom. 2. pag. 369. Licet maneat panis in priore ſubſtãtia (vt diximus) quoad ſuos effectus: aliud eſt enim de ſubſtãtia ſubiectiua, quæ per ſanctificationem fit corpus Chriſti. Si enim manere crederemus, illam minimè adoraremus.

SECTIO XXIX.

Illyricus.

Tertiò, vetuſti Patres aliter non intel- *lexe-*

lexerunt, quàm quòd nos illam cœnā ſæpius celebrare & reiterare deberemus. Debet ergo ille Atheos inſanusque eſſe Monachus, quòd à communi Chriſtianæ Eccleſiæ intellectu recedat, & incipiat aliquid noui excogitare.

Porthæſius.

EVM ſanè, & meritò, putas, Flacci, Atheum, inſanumq́;, qui Eccleſiæ communem ſenſum non ſequitur. Sed Patres Eccleſiæ vetuſtiſſimi nō ſunt interpretati hunc locū de ſacrificio. Mendacium impudentiſſimū iſtud tuum cōmentum ſuprà oſtendi ex D. Dionyſio, Clemente, Iuſtino, Irenæo, Cypriano, Origene, Ambroſio, Emeſſeno, Chryſoſtomo, Proclo, Heſichio, Sedulio, Primaſio, Theodoreto, ac aliis Eccleſiæ Patribus, quos atheos aut inſanos fidelis & ſanus animo iudicauit nunquam. Verū enimuerò quàm ſanus & fidelis ſis exſclauus tecum perpende, qui ſacrificium attenuas, & Patrum Eccleſiæ Dei ſenſum fingis non pugnare tecum. Demùm

mùm, nullus veterum vnquam tuam excluſiuè negatiuam, *nihil aliud*, pronunciauit. Ergo in hac recedis à communi Eccleſiæ ſenſu. Conclude propterea, & ex tua parte nihil humani & pietatis (vt loquuntur Wittenbergenſes) tuo in dogmate inuenies.

Cæterùm, tuo iumento (vt aiunt) tibi malum accerſiſti, verũ aliquando enuncians, ſ. eum eſſe atheum & inſanũ, qui Eccleſiæ ſenſum cõmunem non ſequitur. Sed Illyricus nõ orat pro defunctis, nec offert cũ Aërio hæretico, ſicut notat Epiphanius hæreſ. 75. Damaſ. hæreſ. 74. Raban. lib. 2. de inſtit. cler. cap. 58. Honorius lib. de hæreſ. 7. Auguſtin. hæreſ. 53. tom. 6. hoc enim nobis ab Apoſtolis traditum docent Dionyſius, Clemens, Auguſtin. Niſſen. Athanaſius, ac Chryſoſtomus, quos impoſtores fuiſſe aut ſuperſtitioſos credunt ſoli inſani. Veteres omnes, ſanctos in cœlo pro nobis precari, affirmant: hoc negat cum Vigilantio Manicheus, & Arrianis Illyricus. Ergo

iuſtè eum inter hæreticos cenſet Auguſt. cōtrà Fauſtum, Ambroſius ſerm. de ſanctis Geruaſ. & Prothaſ. Hieronymus cōtra Vigilant. Concil. Gangranſ. aduerſus Euſthatiū. Iam'ne cernis, Chriſtiane Lector, caprā gladiū iugulo ſuo tuliſſe, & noſtrum camelum cornua deſiderantem, aures etiā perdidiſſe: bis ergo interiit, qui ſuis cecidit armis. Aquam benedici per inuocationē diuini nominis ex Apoſtolorum & Eccleſiæ traditione fatentur veteres communiter, D. Clemens lib. 8. conſtit. cap. 35. Abdias lib. 9. Dionyſius de Eccleſiaſtic. Hierar. cap. 2. Cyprianus epiſt. 72. Baſilius cap. 27. de Spiritu ſancto, Epiphanius hæreſ. 30. Theodoret. lib. 5. cap. 21. tom. 2. Conſtantin. in confeſſione ſuæ fidei, Alexand. Martyr epiſt. 1. Ambroſius libr. 1. de Spiritu ſancto cap. 7. ac de Sacrament. libr. 1. cap. 5. Auguſtinus lib. 50. homil. 27. homil. Omnes iſtos, hi qui verè Deum colunt, nunquam putabunt atheos. Certè diabolum ſummè ſignum crucis, aquam

Abdias. Dionyſius. Clemens. Cyprianus. Baſilius. Epiphanius. Theodor. Conſtent. 1. Alexander. Ambroſius. Auguſtin.

bene-

benedictam,& ſacrificiũ corporis & ſanguinis Domini odio Vatiniano proſequi docent Theodoretus, Epiphanius, Athanaſius, Lactantius, & Auguſtinus. Non eſt propterea mirum, ſi myſtas ſuos hæc odire doceat inſtigetq́;. Clementis epiſtolas ante annos mille centum transtulit Ruffinus, citantur à Vaſenſi Concil. 1.can.6.vt ſuprà dixi, ab Epiphanio hæreſ.27. ab Euariſto, à Fabiano, à Marcello, ab Anacleto, ab Alexand., & Euariſti Epiſtolam non eſſe ſuppoſititiam, coniicere licet ex Theodoreto libr.1.cap.8. Poſt hanc ætatem citarunt has epiſtolas Concil. Triburieñ. can.9. Iuo Carnuten. Bruchardus Vormat. & Gratianus Bononienſis ſuis in decret. Vnde an Illyricus manſerit ſemper Sclauus, diſquiri alibi diligentius poterit, quum etiam epiſtolas D. Iacobi & Iudæ in dubiũ apertè reuocet, cent.2.pag.71. Verùm eius inanes chymeræ, vaniſſimæq́ue cõiecturæ cõtra ſcripturas Canonicas, quas ſancta Romana Eccleſia probat, cum operibus
D.

D. Dionyſij, Clementis, & aliorum vete rum, à noſtris abundè vt falſiſſimæ confutantur. Apud ſe ideo perpendat Illyricus, quàm ſit ſyncerus ſine atheiſmo & inſania, qui tot veterum pia teſtimonia, ineptias delyramentaque putat, & ad id alios ſtimulat.

SECTIO .XXX.

Illyricus.

Quartò, ſi illa verba, Hoc facite, in Miſſa ſint intelligenda pro vt dicit, conſequens erit, nos non habere præceptum vt poſt Chriſtum cœnam reiteraremus. Et ſic neceſſariò & abſq; contradictione ſequeretur, quòd omnes ij, qui hactenus cœnam celebrarunt, aut ſunt celebraturi, iniquè faciant, aut fecerũt, eò quòd huius rei mandatũm in verbo nullum ſit.

Porthæſius.

QVONIAM cornutam beſtiam petiit Illyricus, leonemq; vt ebrius tondere cœpit, eius argumentum diſcutiamus, adeò enim eſt elumbe, vt cõpedes quas tetendit, geſtare ipſummet ſit ne-

neceſſum. Ait namque: *Si verba Domini ſint intelligẽda, vt dicit* (.ſ. Monachus) cuius in ſuperiori argumento meminerat, *nullum erit præceptũ cœnam faciendi*. Nego. Probat ille: quia Monachus docet illis verbis, Miſſam, ſeu Sacrificiũ inſtitutũ: ergo non ſumptionem. Certè hoc in argumento Tireſia ſeſe cæciorẽ oſtentat aduerſarius. Nam tantũ abeſt vt verum ſit hoc nocturnum inſomniũ, quòd ex eo contrarium infertur: quoniam nõ eſt oblatio aut ſacrificiũ, niſi cõſequẽter ſit eius participatio ac cõmunio, vt etiã norunt elementarij. Secundò, nunquam inimicus docebit ex meis ſcriptis iſtam excluſiuam, & negatiuam, *hoc facere nihil aliud deſignat, quàm offerre*. Iſta enim inſaniendi aduerſariorum, & non arguendi, eſt propria methodus. Propoſitiones verò noſtræ ſunt indefinitæ ; & non excluſiuæ ac negatiuæ, vt loquuntur etiã Logici. Dicimus propterea HOC facere, ſignificare collationem ac inſtitutionẽ poteſtatis ad efficiendum virtute verbi

per

per diuinam cōſecrationem corpus ma-
ctatum:illud,inquam,ipſum quod Chri-
ſtus fecerat, quod eſt reuera mactatum:
hinc cōcomitanter ac conſequenter hu-
ius rei effectæ diſtributionem,ſumptio-
nemq́;. Quamobrem abſque contradi-
ctione & neceſſariò ſequitur, Flaccium
nouitiam quandam Logicam cōminiſci,
quæ de luce faciat tenebras. Demùm, ab-
errat (quod aiunt) toto cœlo, putans ni-
hil agendum ſine expreſſo Dei mādato.
Vbi mandatum Abeli quòd ſacrificet,
Eliæ quòd bouem immolet, Rechabitis
quòd vinū non bibant? Paulo quòd gra-
tis Euangelizet, quòd tot viuant angu-
ſtiati, afflicti, in ſpeluncis, & in cauernis
terræ? quòd paruulos baptizet, quibus
non eſt ætas, vt veniant ad CHRISTVM?
Matt. 18. Verùm, ſufficit quòd non ſit
noſtrum opus contra legem DEI & re-
ctam rationem. Omne enim quod verbo
Dei eſt conforme, & rectæ rationi, pium
eſt, Deoq́; placens. Et omne quod dedit
Eccleſia ex Apoſtolis, aut plenariis Con

S ciliis

ciliis, vel ante nos obſeruauit, diſputare quod non eſt ita faciendũ, inſolentiſſimæ inſaniæ eſt. ait Auguſt. Sufficit demùm Eccleſiæ vniuerſalis traditio. Cæterùm, ſi S. Synodus, aut ego dixiſſem, his Domini verbis: Hoc facite, inſtitutum tantùm ius offerendi, quam excluſiuam pronunciauimus nunquam, ſequeretur haudquaquam quod abſurdè infert Illyricanus hœdus ludens in tectis, quum necdum capra pepererit. Nam etſi his verbis cõmunio non eſſet cõſequenter inſtituta, alibi tamen ius eam faciendi ſacrumq; exemplũ expreſſum legimus, vt 1. Cor. 10. 17. 21. Act. 2. 46. & cap. 20. 7. Ecce quàm exercitatus noſter Flaccius in Theatrũ conſcendit, ſcenam ſuam acturus contra Eccleſiaſticam traditionẽ vniuerſalem, & ſcripturarum teſtimonia aperta.

Epiſtola. 118 cap. 1. & 5.

SECTIO. XXXI.

Illyricus.

Quintò, vbi Paulus ſcribit illa verba, Hoc facite, &, quotieſcunq; feceritis, hoc ſolũmodò non ſcribit ſacerdotibus, ſed generaliter Corin-

rinthiis. Et præterea ipſa verba expoſuit de cõmunione omniũ eorũ qui erant Corinthiis, & non de Miſſa Sacerdotum ſolummodò, ſeu Papen. Porthæſius.

NON ab re pronunciauit S. Paulus, aberrantes à fide non ſolùm, ſicut ait Dominus, neſcire ſcripturas, neque virtutem Dei, aut de quibus loquuntur, nec de quibus affirmant, ſed etiam tantas habere in oculis lemas, quantæ ſunt cucurbitæ, vt ſemper diſcant & nunquã ad veritatis ſcientiã perueniãt. Nam etſi veriſſimum ſit, verba diuina toti Eccleſiæ cõmiſſa, vnicuiq; tamẽ ſecundũ ſuum munus conueniunt, vt Illyricus etiã cogitur in his verbis HOC facite, agnoſcere, quæ quãuis omnibus dicta ſint, tamẽ vt authoritatẽ conficiendi ac diſpenſandi conſtituunt, ſolos perſonaliter miniſtros cõcernunt. Ad plebem aũt ſpectant, vt indignè nõ manducẽt vel bibant cõmunicantes, ſi contingat vnũ vel alterũ ſumere, aut vtrunq; accipere. Deinde, quia ad totã Eccleſiã ſcribebat, oſtendit quid cõ-

Mat. 22.

2. Timo. 3.

munitati conueniat ſecundũ omnia ſua membra in genere. Si aũt miniſtros tantùm fuiſſet alloquutus, tũc & antecedés eorum officium conficiendi, offerendi, & diſtribuẽdi apertè docuiſſet. Sed quũ hæc res eſſet notiſſima & prærequiſita, ab Apoſtolo eſt tacitè tantùm inſinuata.

Apoſtolus interpretatur de communione. veriſſimum eſt. Ergo non de Sacerdotum Miſſa. Nego, quoniam ad cõmunionem prærequiritur ſacrificij confectio, ac præſens oblatio & diſtributio in memoriam Chriſti, vt conſequenter ſit eiuſdem participatio. Propterea B. Pauli expoſitio de communione & participatione præoſtendit neceſſariò ſacrificij confectionẽ præceſſiſſe, vt demùm ſequatur etiam cõfecti participatio. Verùm, ſi communio ab Apoſtolo inducta tollit omnia alia munia, qua fronte audent aduerſarij poteſtatem conficiendi & diſtribuẽdi ex verbis Domini Hoc facite, ſtatuere? Eadem enim illatione nos in his & præcedentibus Eccleſiæ incruentum

entũ ſacrificium, & offerẽdi poteſtatem fundatam demonſtrauimus. *Interpretatur de cõmunione, ergo nõ de Miſſa.* Nego. *Probat alibi, quia Miſſa nõ eſt communio.* R. Fit Miſſa, cuius communio eſt pars, diſpoſitis, & ſumere volentibꝰ. *At omnes aſtantes debent cõmunicare.* Verũ eſt, ſi ſint diſpoſiti, vt de ſancto ſanctorum comedant. Iſtud eſt enim ſacrificium ſanctificatorum, quod ſoli piè probati ſumere poſſunt, aliàs autem non. *Sed Sacerdos ſolus ſumens, non facit ſicut Chriſtus.* R. Quòd Apoſtoli erant diſpoſiti. Secundò, cauſa imminentis paſſionis vrgebat, vt ſaltem ſemel cum Chriſto celebrarẽt. Tertiò, inſtituebantur miniſtri tanti ſacramenti. Quæ tria non habent locum in quotlibet fideli plebeio. Vnde nõ docebunt vnquam aduerſarij, præceptum præſentibus omnibus, vt communicent. *At vnus ſumens non communicat.* Nego. Probant aduerſarij: *Quia communio eſt plurium communis aliqua in re vnio.* R. Semper eſſe communionem, ſeu com-

munem vnionem inter CHRISTVM, qui ſuam communicat carnem,& Sacerdotem cui communicatur, quod eſt ſummum in communione. Deinde,eſt communio ſpiritualis aſtantium,etſi non ſacramentalis. Demùm,eſt communio in potentia, quæ reducitur ad actum cunctis volentibus ſumere. Nam ſi Miſſa eſſet tantùm ſacramentalis communio, & non ſanctificatorum ſacrificium,deberent omnes aſtantes communicare. Sufficit enim ad participationem ſacrificij eiuſdem ſacramẽtalis participatio, aliquando facienda: ſed ſpiritualis ſemper eſſe debet continua, ſicut ex Leuitico ſatis ſuperque docere poterimus.

SECTIO .XXXII.

Illyricus.

Sextò, locutus eſt Dominus illa verba, Hoc facite, poſt diſtributionem & communionem ſui corporis: & ſic verbulum Hoc, non poteſt ſignificare cibum datum, quem Apoſtoli ſumpſerant, & abſque dubio manducarant. Alioqui ſequeretur, Chriſtum eun-

eundem cibum habuiſſe adhuc in præſentia, & ſua in manu.

Porthæſius.

AD grauiora nunc nos accingere cogit Flaccius, dicẽs, Hoc facite, dictum Apoſtolis poſt communionem. Certè potuit ſcribi poſtea per explicationem, & dictum fuiſſe anteà, ſicut D. Iuſtinus Apolog. 2. notat. At demus Illyrico, quod extorquere alioqui nõ poſſet, Chriſtum ſuis Apoſtolis dixiſſe: *Hoc facite, poſt communionem, & ſacramenti con ſumptionem. Ergo non ſignificabit corpus mactatum.* Nego. Probat ille: *Quia iam ſumptum, & abſq; dubio manducatum, ergo non potuit tunc offerri.* R. Hoc argumentum Turcicum eſſe, ac Atheum: quia à ſimili ſequeretur, Apoſtolos non manducaſſe in memoriam, quoniam (vt vult Sclauus) hæc verba dicta ſunt poſt communionem & ſumptionem, quæ vtique etiã tranſierat. Reſpondemus propterea Chriſtum dicẽdo Hoc facite, reſpexiſſe ad ſubſtantiam rei, quam paulò antè mactatam

Dictum per explicationem.

Dicta poſtea ad præcedentia facta per modum inſtructionis reducũtur.

ctatam fecerat, diſtribuerat, ac ſumpſe-rat. Et Apoſtolis id faciendum præcepiſſe, vt in poſterum ſimiliter facerent: non autē quatenus ſumpſerant tantùm, vt fatuè bacchatur Flaccius, ſicut anteà ſatis ſuperque probauimus.

Inſtruxit tunc quid fecerat, & quid faciendū erat in poſterum.

Illyricus.

Septimò, Chriſtus manifeſtè loquitur in cœna de oblatione ſui corporis in cruce, dicens ſanguinem ſuum effuſurum iri, quod de alia effuſione, quàm quæ in cruce cōtigit, intelligi non poteſt, quia in Miſſa, vt ipſimet aiunt, ſanguis non effunditur, verùm offertur ſolummodò, & bibitur.

Porthæſius.

Chriſtus in cœna loquitur de oblatione facienda in cruce, vt prædicens eam, & præſentem faciens in cœna ſuo potentiſſimo verbo: Hic eſt enim ille ſanguis meus noui teſtamēti, qui pro multis funditur in remiſſionem peccatorum. Sanguis enim qui effuſus eſt, fuit revera ſanguis, & effuſus, ac immolatus. Hunc autem fecit Chriſtus in cœna ſuo ſermone: Hic

Hic eſt ſanguis qui fundetur. Ergo immolauit propriè ſanguinẽ ſuum ac corpus ad ſuã menſam ſapientia Dei Chriſtus, quæ ſunt victimæ eius. Nam nullus poteſt facere ſanguinẽ effuſum, niſi myſticè effundendo, quod eſt mactare. Ideo Chriſtus in cœna mactauit victimas, Prouerb. 9. corporis & ſanguinis ſui, vt de conuiuij ſacrificio manducarent fideles. *Iſta effuſio non de alia poteſt intelligi quàm de illa quæ in cruce facta eſt.* Verum eſt, Flacci, ſi futurũ & cruentum ſacrificium ſecundum ordinem Aaron reſpiciamus: ſi verò ad confectionem ſanguinis mactati effecti in cœna, certum eſt quòd tunc in præſenti effundebatur, & nunc in Miſſa effunditur, vt apertè loquuntur Euangeliſtæ, Matt. 26. 28. Mar. 14. 24. & Luc. 22. 20. modo incruento, inuiſibili, diuino, & myſtico, ſicut docet Sancta Dei Eccleſia, ſacrificans ſecundum ordinem Malkizedec. Deinde, Patatione calumnioſior, centuriator Illyricus, aſſerit nos dicere, ſanguinem non effun-

effundi in cœna, ſed offerri. Dicimus verò non confici ſanguinem mactatum ſine incruenta & myſtica effuſione, quã nullus noſtrum negauit eſſe in cœna: cruentam autem & præteritam illic nõ eſſe quoad actum exteriorẽ & patibilem ſcimus, licet inſit quoad rei ſubſtantiam, & ſacrificij effectum.

SECTIO XXXIII.

Illyricus.

Octauò, eſſet ſanè ſupina deſidia & ignorantia, non ſolùm Euangeliſtarum & Apoſtolorum, verùm ipſius ſpiritus ſancti, quum tanti ponderis negotium, cuius Papiſtæ ſuã Miſſam faciũt, videlicet Miſſam & oblationem, Christi, Apoſtolorum, & ſucceſſorum nullibi in ſuis libris, clarè docuerint, iuſſerint, aut expoſuerint, præcipuè quum toties oblationis factæ in cruce pro peccatis noſtris meminerint. Certè eadem via vt perſonæ, ſerui, & familiæ, ſua oppida, mechanica, omnia diligentiſſimè deſcripſiſſent.

In Teutonico locus obſcurus & ſine continuo intellectu.

Porthæſius.

IN mari noſtrum aduerſarium aquã quæ-

quæſiuiſſe, nunc ambigendi nõ eſt locus, quum ignorantiam ſupinamq́; deſidiam Euangeliſtis, Apoſtolis, peneq́; ſpiritui ſancto affingat, ob id quòd oblationem Miſſæ nõ ſatis clarè ſuis in libris aut per ſucceſſores docuerint. Sed Chriſtiani qui Dei verbo fidũt, ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam ſit traditũ, ad debellandum Antichriſtum cum ſuis, etiam ſi non exſtaret clarè in Scriptura, ſufficit illis Eccleſiæ vox & conſuetudo, quæ ab Apoſtolis accepit hoc quod offerret pro viuis & defunctis, vt docui ſuprà ex Dionyſio, Clemente, Niſſeno, Athanaſio, Epiphanio, Chryſoſtomo, Damaſceno, Auguſtino, & aliis, quos in re adeò ſeria fuiſſe mendaces & impoſtores, credunt ſoli huius temporis Hæretici. Papiſtæ (inquit Flaccius) ſuá Miſſam tanti ponderis faciunt, quum illius non meminerint veteres, ſed tantùm oblationis crucis. Veteres erãt, mendaciſſime Illyrice, trecenti decem & octo Patres in prima Synodo Nicena, qui dixerunt: *Chriſtum immo-*

2. Teſſ. 2.

318. Niceni Patres.

immolari ſuper menſa per Sacerdotes modo
200. Epheſini Patres. *incruento.* Patres vtique eruditi ducenti Epiſcopi, qui Epheſino conuentui pronunciant apertè, *Perficiendum incruentũ corporis & ſanguinis Chriſti ſacrificium.* Eruditus ac pius Pater Auguſtinus, qui *Sacrificium corporis & ſanguinis cõtra Diabolum profuiſſe*, pronũciat. Qui, inquam, ait, *Non eſſe negandum animas defunctorum adiuuari, cùm pro illis ſacrificium mediatoris noſtri, oblatio precij noſtri, & victima ſancta offertur.* Plures hac de re locos ſuprà citaui, quos prudens Lector legere apud Patres poterit. Euangeliſtæ, Apoſtoli, imò ſpiritus ſanctus ignari ſegnesq́; ſunt ſycophantæ peruerſo Illyrico, vt loquuntur Witembergenſes, quia nõ ſatis clarè docuerunt Miſſæ oblationem, ſeu ſacrificium. Certè cæcis nec Sol in meridie lucet, & impudentibus nihil caſtũ, clarum, & firmum. Euangeliſtæ, Apoſtoli, Chriſtus, & Spiritus Sanctus, Apoſtolorumq́; ſucceſſores nobis apertè dixerunt: Hoc eſt ipſum corpus Domini
fra-

fractum virgis, & laneea, ac mactatū pro vobis. Facite in Chriſti cōmemorationem, hoc quod confectum eſt prius ab ipſo in cœna. Diſtribuite & ſumite, quod revera eſt modo incruēto mactare. Ergo ſuis in libris nobis Miſſæ oblationem reliquerunt, eiusq; ſacrificij clarè meminerunt, & non tantùm de actu offerendi in cruce. Meminit huius rei D. Lucas Act. 2. per panis fractionem & orationem, quæ ſunt ſacrificij præparatio, oblatio, ac ſumptio. Et Act. 6. dicunt: Nos orationi & verbi miniſterio inſtantes erimus. Nam hæc eſt ſolennis oratio, quæ fit non à Diacono, aut plebe, ſed à Sacerdote ad altare faciente pro Regibus & Principibus. 1. Tim. 2. Vnde Chryſoſtomus ait: *Quaſi communis quidam totius orbis Pater, Sacerdos eſt: dignum igitur eſt, vt omnium curam gerat, omnibusq; prouideat, ſicut & Deus, cuius miniſterio ſeruit, & fungitur vice.* Cui ſubſcribit B. Ambroſius: *Hæc regula Eccleſiaſtica* (inquiens) *eſt tradita à Magiſtro Gentium, qua* vtun-

Chriſtus & Euangeliſtæ. Paulus.

S Lucas Act. 6.

1. Timot. 2.

Chry. Homil. 6. in. 2. cap. prioris ad Tim.

Ambroſ. in epiſ. ad Tim.

Regula faciendi Miſſam à S. Paulo.

vtuntur Sacerdotes noſtri deprecantes pro Regibus ſæculi huius. &c. Hos ſequitur S.Auguſtinus, dicens: *Multa hinc quippe dici poſſent, quæ improbanda non ſunt, ſed eligo in his verbis hoc intelligere, quod omnis, vel penè omnis frequentat Eccleſia, vt precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione ſacramentorum, antequam illud quod eſt in Domini menſa incipiat benedici.* Paulò pòſt: *Vouentur omnia quæ offeruntur Deo, & maximè ſancti altaris oblatio.* Iſtud ex Actuum. 13. defendit firmiſſimis propugnaculis D. de Sainctez. Illud etiã ſuprà confirmaui ex. 10. cap. 1. ad Corint. Iſtud ex Eſa. ca. 61. 6. ac. 66. 21. ex Malach. 1. ac. 3. cap. Non enim tantùm Miniſtros & Paſtores deſcribũtur, ſed etiam Sacerdotes, propter ſacrificiũ iuſtitiæ noſtræ, quod eſt Chriſti corpus & ſanguis, quæ ab ipſis ſunt in Eccleſia Deo Patri offerenda, vt loquitur B. Cyprianus ad Cœcilium. Sunt varia Scripturarum & Patrum teſtimonia in hunc finem à noſtris Catholicis adducta

Aug. Epiſt. 59. ad Paulinũ, qu. 5. tractans. 2. cap. 1. ad Timoth.

ducta

ducta,ſed verba Domini à nobis excuſſa non ſunt obſcura,ideo finiam hoc Scripturarum dogma cum Theophilacto,in primam ad Timoth. cap.2.inquiente: *Primum omnium id eſt in quotidiano cultu. Etenim Sacerdos veluti cõmunis orbis terrarum Pater,omniũ curam gerens conſiſtit, quẽ & pro cunctis mortalibus oportet preces fundere, perinde ac Deus cui ſacrum facit, ac Sacerdotio fungitur.* Ecce Sacerdotiũ ac Sacrificium clarè in ſcripturis, ſed nõ tamen adeò clarè cæcutienti præ furore & hypocriſi inimico, vt videre poſſit cũ Eccleſia. Verùm, dubium non eſt, hac nimia luce veſpertiliones iſtos ſtolidiſſimos ſua culpa cæcultaſſe. Apoſtoli & eorum ſucceſſores non meminerũt oblationis,ſeu Miſſæ. mendacium hoc tuũ impudentiſſimum,Illyrice. Nam S. Iacobi fratris Domini Miſſa exſtat,in qua *Meminit Sanctorum cum Chriſto regnantium,precatur pro defunctis,& applicat venerandum ac incruentum ſacrificium pro neceſſitatibus totius orbis, inuocat Sanctos cũ* Theophil. Bulgar. S.Iacobus.

Chri-

Chriſto exultantes, vt eorum interceßionib. miſericordiam conſequantur. Deinde dicit ſe accedere ad altare ad offerendum ſacrificium hoc verendum & incruentum pro peccatis, & pro his quæ populus per ignorantiam admiſit. Hanc autem Diui Iacobi Miſſam non eſſe ſuppoſititiam confirmat. 6. Synodus can. 32. Proclus Conſtantinopolit. Marcus Epheſ. Nicolaus Methoneñ. pluresque alij, quos Flaccio producam, quum voluerit, ad eius impudentiam reuincendam. Certè D. Petrũ
S. Petrus. Miſſam Antiochiæ feciſſe teſtatur Iſydorus lib. 1. de diuin. off. cap. 15. Nicolaus Methoneñ. de corp. & ſang. Dom. Remigius de diuinis offic. Hugo à S. Victore, & Epiſcoporum ac Eccleſiarum conſenſus. Et nullus à mille vel circiter annis eos mendacij vel erroris notauit. Profectò, eundem Apoſtolum Petrum Piſis celebraſſe Miſſam Sacerdotũ ſucceſſio vſq; hodie confirmat. Nec ſecundò Illyricum, qui Italiam perluſtrauit, latere debuit, ibidem hac de re obſeruari

actus authenticos. Tertiò, Remigius de diuin. off. ante. 600. annos id eſt teſtatus. Eccleſiæ Aſiæ à B. Ioanne Euangeliſta *S. Ioann.* ſacrificij ritum acceperunt: Achaiæ autem, à B. Andrea: & orbis vniuerſus à B. *S. Andre.* Paulo, vt ait Nicolaus Methoneñ. Græcus ante. 336. annos. Hæc eſt regula, quã *S. Paulus.* Doctor Gentium dedit Sacerdotibus, vt aiunt Ambroſius, Chryſoſtomus, Auguſtinus, & Theophilactus, ſuprà citati. Miſſam B. Matthæum celebraſſe tradit *S. Math.* Abdias Chriſti Diſcipulus lib. 7. Apoſt. hiſtor. Marcum ſacrificandi ritum de- *S. Marc.* diſſe Alexandrinæ Eccleſiæ teſtatur eius Miſſa vſque hodie: & pollicem ſibi amputaſſe, ne Sacerdotio fungeretur, ait B. Hieronym. cuius etiam meminit Nicolaus Methoñ. Martialis Aquitaniæ Apo *S. Martial.* ſtolus ritum offerendi ſatis apertè declarat Epiſtola ad Burdegaleñ. Clemẽtem *S. Clem.* ſcripſiſſe ritum faciendi ſacrum, vt Apoſtoli tradiderant, teſtantur exemplaria: huius etiam rei meminit Proclus Conſtantinopolit. Nicolaus Methoneñ. &

S.Dionyſ. S.Ignatius. S.Niſſenus. S.Chryſoſt. S.Baſilius. Marcus Epheſinus. Exſtant etiam Græcè ritus faciendi ſacrum ſecundum Dionyſium, Ignatium, Niſſenum, Baſilium, ac Chryſoſtomum, in quibus inuenies eadem myſteria cũ his, quæ paulò antè citauimus ex leitourgia D. Iacobi. Exſtat S.Ambroſ. etiam Miſſa ſecundum traditionem ab Ambroſio obſeruatã. Vnde patet Chriſtum, Spiritum Sanctum, Euangeliſtas, Apoſtolos, eorumq; ſucceſſores, ſacrificium nos docuiſſe quod peragimus in memoriam mortis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quamobrem plus fidõ Eccleſiæ Dei, viris Sanctis, & Patribus, qui Eccleſiæ adhæſerunt, quàm mille perfidis hæreticis, qui, vt quondam Manichæi, calumniantur corruptum & ſuppoſititium quicquid eos erroris ac mendacij lucè clarius cõuincit. Sed tandem eorum inſipientia impudentiaque cum mentiendi libidine manifeſta fiet vniuerſo orbi, quãdo tales refractarios Pyrauſtæ fatum inuoluet.

SECTIO .XXXIIII.

Illyricus.

Nonò, non ſufficit quòd ſacra ſcriptura Miſſæ nullis verbis faciat mentionem, & de ea loquatur, aut quippiam ſtatuat: at expreſſè vlterius reiicit & cōdemnat, illis verbis quibus inculcat & docet, quòd ſacerdotiū Leuitarum deſcenderit in Chriſtum vſq;, at vlterius in neminem, quia ipſe eſt Sacerdos in æternum. Sacra etiam ſcriptura Miſſam cōdemnat illis verbis, quibus docet vnicum eſſe ſacrificium, omnia conſummata ſunt. Vocat etiam ſcriptura noui Teſtamenti nō Sacerdotes, verùm Seniores vbiq;, illis imperans & imponens, illam oblationem extollere, quā conſummauit Dominus, omnésq; ad illam, tanquam ad viam quæ ad ſalutem ducit, dirigere.

Porthæſius.

HIc ſuo more elephātum ex muſca facit Flaccius, dicens nullibi fieri Miſſæ mentionem, ſeu ſacrificij incruenti, quod falſiſſimum demonſtraui. Cæterùm, argumentum ab authoritate nega-

tiuè, inſani eſt capitis, & non Logici hominis, hinc eſt quòd ſecũdò delirat. Demùm, multa ab Apoſtolis ex Dei verbo

2. *Theſ. 2.* ſola traditione accepimus: Ideo ſeruamus ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam. Vnde euaneſcunt aduerſarij paradoxa. At inſtat Illyricus, Chriſtum Sacerdotem Leuiticum in æternum, ſed mentitus eſt pro ſua reuerentia. Secundum

Pſal. 109. quidem Malkizedec in æternum, Heb. 7.

omnes Patres ibidē. Secundum Leui autem, vna oblatione euacuauit Sacerdotium, nõ vt ſit ſecundum Legem Sacerdos, ſed ſecundũ iuſiurandum in æternum. Verùm, ſi dicat Sclauus noſter, in nullũ alium Sacerdotium incruentum Malkizedec tranſiſſe, negamus, quoniam in æternum eſt Pontifex Sacerdotum Euãgelij, per quos offert incruentè ſub panis & vini ſpeciebus, ſicut præfigurarat Malkizedec, qui vt diximus, non eſt ſecundũ Malkizedec Pontifex, niſi ſub ſe inferiores haberet Euangelicos Sacerdotes. Ille autē ſolus Sacerdos faciens, diſpenſans, & interiùs tranſ-

tranſmutans, nos autem miniſtri eius: Ideo non ſuccedimus ei,ſed omnes eius æterni Sacerdotij ſumus miniſtri,ſuccedentes nobis,vnus poſt alterum,non autem illi, quum eſſe Sacerdos nõ deſinat, nec Sacerdotium ſuum alicui reſignet. Vrget ſubinde Argiua calumnia Flacci⁹ vnũ conſummãs ſacrificiũ,quod non negamus:ſed & nunq̃ duo ſacrificia agnouimus,licet duos actus circa vnum ſacrificium fuiſſe ex Dei verbo docuerimus.

Aſſerimus ſecundò, cœnæ ſacrificium eſſe crucis reuera oblationem, Chriſto demutante elemẽta in corpus,quod dabatur in craſtinum,ſuo verbo, *Hoc eſt ipſum corpus meũ,quod pro vobis tradetur, ſeu illud quod pro vobis frangitur,incruẽto modo.* Ideo nõ ſunt plura ſacrificia,quoniam nõ ſunt plura ſacrificata & oblata: ſed vnum ſemper efficitur mactatũ corpus virtute verbi diuini, cui fidimus.

Tertiò, docemus ex eodem verbo expreſſo, nos non pluries offerre,quũ iam nõ mactetur per necem,ſed fiat hoc tra-

ditum, ſeu id quod ſemel eſt mactatum pro nobis, vnde mactatũ offerimus, nec mactamus vt poſteà immolemus. Nam ad reiterandum ſacrificium cõſummans, neceſſum eſſet pluries offerendo necare: ſed vt hoc non cõtingat, fit corpus mactatum: vt offeratur, & non occidatur. Reiterãtur propterea tranſmutationes, & ſacrificanda ac miniſteria: nõ autem mactatum corpus, ſeu oblatio, quæ ſemper vnica: nec oblationis mactatio, quia ſine occiſione offertur: nec demùm plures ſunt, quia Chriſtus omnes demutat in vnam, ad diſpenſandum conſummans ſacrificium. Pudeat propterea noſtros aduerſarios, tam aſinariè in re adeò ſeria rudere. Addit demùm, Sacerdotes Euangelicos, Seniores vocari, & non Sacerdotes. Verùm etſi Flaccius iam ſenex ſit, non tamen negabit, niſi ſegnior Democrito velit haberi, Preſbyteros fuiſſe Eccleſiæ Dei primis quadringentis annis, & conſequenter, quorũ erat offerre corpus & ſanguinem Domini, ſicut ſuprà ex

can. 18. Nicenæ Synodos primæ probaui,& Patrum omnium conſenſu. Quid ergo ſolus de nudo termino (ſicut ſolent Hæretici) cũ Eccleſia Dei viuentis nugatoriè contendit? Sacerdotes quare nõ vocantur,& meritò,quibus ſummus Sacerdos mandat in ſui memoriam facere mactatum corpus, quod (vt apertè docuimus) eſt revera offerre? Fruſtrà demùm Herculi negotium parat Illyricus ſua innata ineptia. Quomodo negantur Sacerdotes,quorum Chriſtus eſt Pontifex,ſeu ſummus Sacerdos? Verumenimverò thriorum ſtrepitũ concitat,dicens, Scripturam noui Teſtamenti Preſbyterorum,& non Sacerdotũ reminiſci. Sed Sacerdos & Preſbyter Eccleſiæ primitiuæ idem,vt qui operantur ſacris, tanquam ſeniores, pro munere commiſſo, honorẽtur. Subinde Eccleſiæ vniuerſalis traditio, nobis non eſt alio loco, quàm verbum DEI non ſcriptum. Scriptura, inquit, noui Teſtamenti non vocat eos Sacerdotes. Sed de ſcriptura veteris te-

Promiſſiones ad nouum Teſtamentũ pertinentes deſcribit Eſay.

ſtamenti, quaſi ſibi conſcius, quid cenſeat, non aperit. Sacerdotes, Doctores, Paſtores, ac Miniſtros, in nouo teſtamẽto futuros vocat Eſa. cap. 61. 6. ac. 66. 21. Nec verbulũ eſt vllum de allegoriis, quas fingunt aduerſarij, ad ſtatuendum allegoricum Sacerdotium tantùm, quod eſt omnibus commune. Verùm, quare Legem, & Leuitas, ſeu Doctores, etiam allegoricos nobis non comminiſcuntur, cum teſtamẽto allegorico? Sed expreſſus eſt DEI ſermo: Aſſumam ex eis (.ſ. Gentibus vocatis) Sacerdotes, (Ergo nõ omnes erunt ſacrorum miniſtri.) & Leuitas, ſeu Doctores, Deu. 33. 10. quibus verbis duo munia Euãgelici Sacerdotij apertè deſcribit ac diſcernit, nihil ſuperfluum, verboſum, aut allegoricum comminiſcens, vnum Sacerdotij, alterum aũt Prædicationis. Cæterùm, monet Cenſor iſte, vt dirigantur homines ad oblationẽ cõſummatam in cruce, quum ipſe ſolus ſit qui eam negat, viamq; ei præcludit, & ab ea demùm fideles auertit, negando

incru-

incruentum modum offerendi, quo diſpenſatur, applicatur, ad ſuosque ſingulares effectus inſumendo: eam, inquam, tollit, non agnoſcendo à Chriſto præſcriptam oblationem, *& non tantùm vaniſſimam quandam ſacrificij appræhenſionẽ,* ſine cruenta mactatione, quæ nihil aliud eſt, niſi ipſiſſima crucis victima ſancta, ſufficientiſſimaque, per iſtam ad ſuam particularem efficientiam inſumenda.

SECTIO .XXXV.

Illyricus.

Decimò, ſi dicatur, Chriſtum Patri corpus ſuũ obtuliſſe, debuit hoc contigiſſe ante communionem, & non poſt, vt etiam obſeruant Papiſtæ. Quia abſoluta communione nihil reliquum eſt quod offeratur. Si igitur ante communionem obtulerit, panem obtulit neq; benedictum, aut conſecratum: quia verba benedictionis à communione ſeparari nullo pacto poſſunt, eò quòd à Chriſto ſint alligata, & in medio communionis ab ipſo prolata. Si præterea ante communionem obtuliſſet, ſtatim ante communionem ſubiunxiſſet præ-

ceptum

In Teutonico obſcura & malè diſpoſita.

ceptum offerendi, & dixiſſet, Hoc facite, neque expectaſſet poſt cõmunionem, ſic mentis conceptũ clarè explicaſſet, ſi Miſſam aut oblationem prius celebraſſet, & poſteà nobis mandaſſet vt idem faceremus. Perperam igitur faciunt Papiſtæ, quòd in verbis, Hoc facite, Miſſam intelligũt. In ſumma, collocent vbi voluerint ſuam Miſſam in cœna, clarũ euadet, non ſolùm illam textui contrariari, verùm ſibimet repugnare.

Porthæſius.

QVVM nihil iam pudoris habeant in oculis, aſini mortes renarrantes, audacia illis impudẽtiam parit, mentiendiq; adeò effrenem libidinem, vt etiam à ſtatuis, quas ipſimet finxerunt, farinas exigant. Sed quid tandem talibus prodeſt more Gigantum cum Diis bellare, & naturæ etiã repugnare? Agè iam Flaccij ſophiſticam dicacitatem cõpeſcamus, ait namque: *Chriſtus debuit obtuliſſe ante communionem, & non poſt.* Veriſſimum eſſet, ſi ſemel tantùm foret faciendum: ſed quia pluries fit, nec conſumitur,

mitur, ideo ſemper ante communionem Deo offertur. *Sicut Papiſtæ faciunt.* Chriſtus ergo & primitiua Eccleſia primores Papiſtarum, & meritò, quia Patres ſunt fidei Catholicæ, & eos obtuliſſe apertè demonſtraui. Papiſta enim fidei Pater interpretatur. Verùm, hoc dicunt de Catholicis Hæretici, neſcientes quantũ honoris tribuant Eccleſiæ Dei viuentis, cuius ſimplices filios Papiſtas nuncupant. *Quia abſoluta communione nihil reliquum eſt, quod offeratur.* Hoc certè nullus animi compos diffitetur. Sed etiam omnes fatentur ſacrificium præcedere communionem, ſeu participationem; quod vt acciperent Apoſtoli, in cœna demutauit elementa in corpus mactatũ. Nam Patres veteris teſtamenti fuerunt equidem oblationis antequã fieret participes, ſed quoad votum, promiſſum, & pignus ſacrificij tantùm, licet non revera ſubſtantiæ ſacrificij, ſicut Apoſtoli, quibus dictũ eſt ſicut nobis, Hoc eſt ipſum corpus meum, quod pro vobis datur. Participes quip-

quippe fuêre carnis Chriſti Patres, ſicut diem eius viderunt: quoniam pignus acceptũ per fidem promiſſionis eſt adimpletum in incarnatione CHRISTI, in baptiſmo, in cœna, & paſſione, ob defectum quarũ, erat tantùm pignus, & non rei ſubſtantia. Pignus autem vocatur eadem res, primò ob votum & promiſſum rei eiuſdem exhibendæ: ſubinde ob gratiam, quæ Patribus eſt exhibita loco rei: demùm, ob rem quæ vna fuit exhibita & exhibenda; niſi quòd exhibenda habita eſt tantùm in voto, promiſſo, & expecta tione, per gratiæ pignus ſupplens vices rei nondum exhibitæ. Quando autem fuit exhibita, ceſſauit pignus, & rei ſubſtantia modo mirabili eſt participata. Subnectit Illyricus: *Si igitur ante communionem obtulerit, panem non benedictum nec conſecratum obtulit.* R. Obtuliſſe panem primò tanquam ſui corporis incruentam oblationẽ adumbrantẽ, ſecundum Malkizedec, nõ negamus Chriſtum. Et ipſa acceptione gratiarumq; actione & obla

tione

tione factus eſt benedictus & conſecratus, non autem corpus mactatum, niſi quando ait, Hoc eſt ipſum corpus meũ, quod pro vobis tradetur. Sic olim ſacræ fiebant res oblatæ, ipſa rerum oblatione. Quamobrem nõ poteſt Deo offerri panis non benedictus, aut nõ conſecratus, quia ipſa oblatione fit (vt diximus) conſecratus & benedictus. Vnde falſiſſima oſtenditur aduerſarij collectio. Verumenimverò inſtat nouus Logicus, inquiens: *Verba benedictionis à communione ſeparari nullo pacto poſſunt, eò quòd à Chriſto alligata ſint, & in medio communionis ab ipſo prolata.* R. In verbis cõmunionis & benedictionis Flacciũ eſſe verſutũ. Nam ſi intelligat verba benedictionis habere effectum, quia manducamus: nos negamus, ſed pronunciamus habere vim elementa demutandi, quia ad hoc ſunt inſtituta, non autem quia manducamus. Fit enim verbo & elemento ſacramentũ corporis, & non manducatione: imò factum anteà, per communionem conſumitur

mitur, & eſſe deſinit. Nec veterum aliquis ante Martinum Bucerum dixit Sacramentum corporis, eſſe ſacramentum manducationis, aut cõmunionis. Prius enim res eſſe debet, hoc ipſum Chriſti corpus mactatum, antequã edatur: nam edendo res haud facimus, ſed virtute verbi antea factas, mãducamus & ſumimus. Præterea non dixit Chriſtus eſſe corpus ſi manducauerint, & nõ eſſe ſi non ſumpſerint. Eſt quippe abſoluta oratio: *Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum.* Nihilq; conditionalis propoſitionis habet hæc oratio, niſi inauditam Logicam velit docere omnẽ Eccleſiam, quæ extra vſum ſumptionis obtulit ſacrificiũ corporis & ſanguinis Domini, ſicut antè apertè demonſtrauimus. Inſuper non ſeparantur verba benedictionis à communione, quia communio ſuo tempore facienda in verbis benedictionis exprimitur. Sed cronologus Flaccius, imò ſpermologus, inſtantia cuiuſdam horoſcopi hîc meditatur, cui alligat effectum diuinorum

norum verborum, quaſi neſcius ordinis naturæ & conſequentiæ, cuius cauſſa ſit res præcedẽs: vt quoniam hoc eſt ipſum corpus meum, ideo accipite & manducate: dictaq; verba per anticipationem, ad maiorem rei certitudinem. Nõ enim iuſſit rem edere aut accipere antequam eſſet: vnde eſſe rei, ſemper præceſſit vſum. Nam HOC eſt corpus meum, eſt declaratio rei accipiendæ & manducandæ: nõ autem manducatio eſt rei conſecratio, vt ſine Scripturarũ & Patrum teſtimonio fingit noſter Sclauus. Deinde, (quod aiunt) toto cœlo aberrat, confundens vſum rei benedictæ, ſubſtantiamq; benedictam, cum verbis quibus fit benedictio. Aliud eſt enim verbis communionis, ſuo tempore faciendæ, rem benedicere, aliud rem benedictam ſumere. Ponuntur propterea verba cõmunionis in conſecratione, vt manducemus tandem rem benedictam, & ſciamus qua de re eſt benedicta, & ob quem finem ſeruata oblatio. Illyricus tandem, vt tortor ne-

nequiſſimus, verba Dei incarcerat, alligatq́ue ad communionem. Si intelligat deſignatam ipſo actu conſecrationis, fatemur: Si autem velit ipſam conſecrationem fieri actu tantùm cõmunionis, hoc eſt quod pernegamus. Imò aſſerimus, prius faciendũ myſtica prece, verbiq́; omnipotentia, diuinum corpus, cuius ſuo tempore fiat cõmunio, in verbis conſecrationis explicata. At addit ille, Chriſtum cõſecrationis verba in medio communionis dixiſſe. Verba cõmunionis autem vult eſſe iſta, Hoc facite, ſicut expreſſè dicit ſuprà argum. 1.4.&.5. Hæc verò eadem verba contendit argum. 6. dicta poſt cõmunionem. Hoc idem notatur in confeſſione ſua ſociorumq́; eius Anno. 1567. pag. 80. &. 81. 120. ac. 154. Quomodo ergo ſtabit, benedictionem fieri iſtis verbis, Hoc facite, ſicut ait pag. 121. quæ dicta ſunt poſt communionem factam. Sed non ſemper attendit quid loquatur Flaccius Logodædalus. Præterea, quónam pacto putat verba benedictio-

Illyricus ſibi non conſtat.

dictionis & cõmunionis non ſeparanda, quum ſecundum eum argu. 6. dicta ſint poſt ſumptionẽ? *Chriſtus* (inquit) *verba conſecrationis in medio communionis dixit.* Nego. Licet fatear in medio verborum deſignatam cõmunionem, quæ rei omnino abſolutæ fieret. Imò verba cõmunionis ad conſecrationem pertinent, id eſt, quibus declaratur cõmunio ſuo tempore facienda, vt ſit perfecta. Non enim fuêre Apoſtoli adeò præcipites vt acciperent & manducarẽt, antequam Chriſtus rei ſubſtantiam docuiſſet, & ob quẽ finem ſumenda eſſet. Sed quũ Chriſtus hæc omnia declaraſſet, tunc verbo obedientes, acceperunt actu, & manducarunt rem effectam, diuinum corpus, ſicut Chriſtus dixerat. Habuerunt propterea in conſecratione deſignatũ cõmunionis mãdatũ, ſed quod ſuo tẽpore, re cognita, fieret adimpleretur q́;. Inſtitutũ proſequitur Sclauus, quaſi aſini mortes renarrans, aut Apologũ Alcioni, dicens: *Si ante communionem obtuliſſet, ſtatim ante cõmunio-*

 nem

nem ſubiunxiſſet præceptum offerendi, neq́, expectaſſet poſt communionem. R. Si tantùm oblationem, & non eiuſdem rei cõmunionem ſignificare voluiſſet, id feciſſet, ideo vtrumq; abſolui curauit, antequam explicaret quid faciendum foret in futurum, volens ſecundum Illyricum deſignare totam cœnæ actionem. Hoc dixerim ad cõpeſcendum Flaccium ſuamet ſententia. Verùm, pronuncio hæc verba à Chriſto prolata (vt etiam Illyricus contra Caluinates putat) ſuper panem & vinum ante diſtributionem & cõmunionem. Bene quidem potuit communio ante illa verba deſignari aliquo modo, ſed non perfectè. Ideo vt ſcirent quónam pacto legitimè communionem præſentem faciendam haberent, manducationem, rei ſubſtantiam, & manducationis methodum prius eos docuit, quàm fuerit factum, vt omnes hodie vſq; obſeruant. Subiungit: *Si obtuliſſet, ſtatim præceptum offerendi ſubiunxiſſet, dixiſſetq́, Hoc facite.* R. Nõ poſſum ſatis mirari

quo-

quomodo falſa fucis, & turpia phaleris ornare alibi tot verborũ ambagibus, vndas numerans, coneris, quum hîc ſorex ſuo perierit indicio. Nam fateris (ni animo ſis captus) oblationem mandatũq; offerendi deſignanda fuiſſe per hæc verba, Hoc facite. & tamen, vix tui memor, aſſeris hanc Chriſti locutionem. 11. arg. aſperam, imò inſipidam. Ecce, ſemper curris, ne pluuia madeſcas, interim tamẽ in fouea præfocaris. Adiungis: *Sic nobis mentem ſuam clarè explicaſſet. ſ. ſi dixiſſet, Hoc facite, ante cõmunionem.* Sed non debuit ita fieri, vt tandem tota cœnæ actio, vel te teſte, deſignaretur. Licet nihil ſit clarum voluntariè cæcis, qui videntes nõ vident. Inſuper ſubnectis, & nobis hoc præceptum impoſuiſſet, ſi Miſſam, aut oblationem feciſſet, vt idem faceremus. Veriſſimum docuimus feciſſe, & faciendum mandaſſe. Infert tandem aduerſarius: *Perperam igitur faciunt Papiſtæ, quòd in verbis, Hoc facite, Miſſam intelligant.* R. Qui faciunt hoc mactatum corpus,

Illyricus: Oblatio deſignanda per Hoc facite.

Idem: Inſipidè oblatio deſignari poteſt per Hoc facite.

ſicut Chriſtus dixit faciunt. Sacerdotes autē Chriſtiani ſic peragunt diuina myſteria, conſecrando, offerendo, petentibus diſtribuendo, ac ſumendo: quamobrem non iniquè, aut impiè agunt. Hoc fecêre veteres Eccleſiæ Patres, vt anteà probaui. Demùm, concludit Flaccius: *In ſumma, collocent ſuam Miſſam in cœna vbicunque voluerint, clarum euadet, non ſolùm illam textui contrariari, verùm ſibimet repugnare.* R. Collocant eam in verbis, Hoc facite, ſicut Chriſtus & Eccleſia docuit, contrariam autem textui, aut ſibi repugnare, eſt impoſſibile. Sed hæc ſunt potius Illyrici & ſuorum Paradoxa, ac monſtra, vt docuimus.

SECTIO XXXVI.

Illyricus.

Vndecimò, vix poßibile eſſet, Chriſtum potuiſſe magis inſipidè loqui, ſi verba, Hoc facite, idem ſignificarent, quod offerte. Eadem ſanè opera dixiſſet: Offerte hoc meũ corpus. Aut ſi illa ſic intellecta voluiſſet, ad minimum eadem explanatiora & clariora red-

reddidiſſet, præcipuè in re tam ardua, & tanti momenti.

Porthæſius.

IAM accedit aſinus ad lyram, & ſus bonas artes Mineruam Pallademq; docere tentat. Bene profectò de te pronũciarunt Witembergenſes, nihil humani, nihilq; pietatis ineſſe. Putásne tu phraſes diuinæ ſapientiæ, quibus vſus eſt Spiritus Sanctus per Moyſen, quas vſurpauit Oratorum Princeps Tullius, Poëtarumq; decus Maro Virgilius, inſipidas aut inſulſas eſſe, in quibus facere ad religionem contrahitur, vt etiam ſignificet offerre? Pudeat, iterũ pudeat te, Sclaue, religionis peremptor, vel Theologaſtrũ agere, quum Poëtarum & Oratorũ elegãtiſſimas locutiones vel à limine (quod aiunt) nõ ſalutaris, retinueris've. Ad elementa ergo, & virgas te redire iubemus. Proh pietatẽ, metuo (vt cantat Prouerbium) ſeni Flaccio, mendaciſſimam non poſſe nos mutare linguam, & inter multa mala caneſcentem Illyricũ, haud no-

ſtrarum eſſe virium, ad initia retrahere paruulorũ. Sed ſi tam inſipida cenſetur locutio, quare, tui immemor, ſuperiori argumento intuliſti, *Conceptum ſacrificij clarè explicandum per hæc verba, Hoc facite, ante communionem?* Addis, *Chriſtum eadem opera debuiſſe dicere, Offerte corpus meum, ſicut facite, ſi idem voluiſſet ſignificare.* R. Quis es tu, qui audes CHRISTO etiam ſermonis certam methodum præſcribere? Non debuit, quia non fecit. Facti autem dictique ſui apud ſe iuſtiſſima ſapientiſſimaq; ratio eſt. Ceterùm ſecundum te, Hoc facite, totam cœnæ actionem deſignat: ideo plus dixit, quàm ſi dixiſſet, Offerte meum corpus. quoniã verbum Facere, hoc aliaq; multa inuoluit. Adſuis modum quo id debuit fieri, dicens: *Si hoc voluiſſet, rem tanti momenti planius ac clarius explanaſſet.* R. Hoc nõ eſſe neceſſum, etiam Hæreticis, qui nec ipſiſſimo Dei verbo credunt. Addo, hoc clariſſimum loquendi genus, quo potuit ſuæ mentis conceptum Chriſtus decla-
rare

rare, ſicut factum eſt in veteri teſtamēto, in nouo, apud Oratores, Poëtasque, & feciſſet, vt fateris, dicendo, Hoc facite, ante cōmunionem. Ideò haud obſcurè eſt locutus de ſacrificio, niſi Flaccio, qui Solem in meridie lucere, vix confitetur.

Illyricus.

Duodecimò, non offendes neque in veteri, aut nouo teſtamēto, quòd verbulum Facere, idem ſignificet quòd Offerre, in communi ſuo ſignificatu, tum enim ſignificat omnem actionem, & quoduis negotium. Sic etiam Facere Phaſe, ſignificat totam cœnam cum ſuis circumſtantiis, & non propriè oblationem ipſam. Porthæſius.

Iſto in negotio Pyrauſtæ fatum induit noſter ſacrificij oſor, dicens, Non eſſe in nouo & vetere teſtamento verbum Facere, pro offerre. At impudentiſſimum hoc mendacium ſuprà abundè cōfutaui, ex Num. 9. ac. 28. Matt. 26. &c. Verùm, quid eſt facere pro filio ſecundum conſuetudinem Legis, Luc. 2. 27. niſi conſecrare hoſtiam, ſiſtere eam Domino, &

offerre? Non mirum ſanè te in Magdeburgenſibus Centuriis à mendacio non temperare, quum & in ſcripturis audeas tanta impudentia nugari. Inſuper tui oblitus, vel Grammatices non minus q̃ Dialecticæ inſcius, affirmas: *Facere in cõmuni ſignificatu non deſignare idem quòd Offerre, ſed omnem actionem, omneq́ negotium.* R. Sit, vt ſtatuis. Quando ſignificabit Offerre ergo, erit proprium eius, & non commune ſignificatum. At probauimus ſignificare etiam ſacrificare. Propterea ſecundum te, id erit eius peculiare propriumq́ue ſignificatum: ideò planum & clarum erit hoc loquendi genus, quo in cœna vſus eſt Chriſtus. Deinde, ſignificat omnem actionem & negotium, ergo quãdo inter ſacra ponitur ſignificabit offerre, quum ſit præcipua actio ſummumq́ue negotium ſacrum in religione. Demùm, qui ſignificatum huius verbi explanarũt, vt ſunt Calepinus, Theſaurus linguæ Latinæ, alijq́; peritiſſimi Grammaticorum, apertè affirmant

&

& ingenuè, aliquando Facere ſignificare idem quòd Offerre. Vnde Cicero pro Mure. Nolite à ſacris patris Iunonis ſoſpitæ, cui omnes Conſules facere neceſſe eſt, domeſticum & ſuum Conſulem potiſſimum auellere. Virgilius Æglog. 3. Quũ faciam vitulam pro frugibus, ipſe venito. Nec ex improprio aut cõmuni ſignificatu arguimus, ſed ex conſueto & propriiſſimo, quando ad ſacra refertur. Cæterùm, ais: *Facere Phaſe, totam cœnã cum ſuis circumſtantiis ſignificare, non autem propriè oblationem ipſam.* R. Offerre eſſe potiſſimam circumſtantiarum, ideo primò deſignatam: ſic & in veritate factum contendimus ex ſcripturarum ſacrarumq; rerum vſu. Phaſe facere, totam cœnam cum circumſtantiis, quarum vna erat offerre: ideo facere hoc corpus, ſignificabit offerre, conſecrare, diſtribuere, ac ſumere. Facere phaſe non ſignificat propriè ipſam oblationem: nullus vnquã ante te hoc ſomniauit. Sed aſſerimus, Phaſe facere, eſſe conſecrare, reſeruare, offer-

Reſeruabatur agnus pro communione facienda. Exod. 12.

offerre, diſtribuere, ac ſumere rem oblatam. Sic de hoc Facite cenſemus ex analogia vtriuſque teſtamenti.

SECTIO.XXXVII.

Illyricus.

Decimotertiò, quare offert Chriſtus ſuum corpus bis continuò, in cœna primò, deinde in cruce: præcipuè cùm ſcriptura dicat, liberationē noſtram vnico ſacrificio eſſe conſummatam, non duobus aut pluribus. Et quòd Chriſtus ſemel intrauerit in ſancta ſanctorū, qui vnico ſacrificio peccata & debita totius mundi ſummo pretio & cariſſimo exſoluit.

Porthæſius.

PAnurgus Ophita Flaccius inquiſitiuè facto diuino audet calumniam ſtruere, niſi diuini operis rationem docuerimus. Dicens: *Quare bis offert Chriſtus.* Pater autem eius ait: *Etiam ne dixit Deus, non comedetis ex vlla arbore horti?* At quid, inquis, *bis obtulit?* R. Vt adimpleret Legem & Prophetas, oblatus eſt enim quia ipſe voluit, vt Euangelicam cœnam ſacrificio ornaret, ſicut erat Mo

ſai-

ſaica, vt hoſtia præcederet manducationem, ſecundum modum myſticum fecit eam corpus mactatũ. Quartò, quia Pontifex in Eccleſia Hieroſolymorum prius offerebat ad oſtiũ tabernaculi per preces ſolemnes, quàm cum cruenta oblatione ingrederetur àd conſummandam actionem. Leuit. 16. Sic cœna fuit oſtiũ in quo obtulit cum gratiarũ actione, antequam cruentē paſſionis mactationem ingrederetur, quam fecit in Eccleſia, & non extra portam, ſicut erat holocauſtũ. Deinde, quia holocauſtorũ ſanguis fundendus in Eccleſia primò erat: hinc populus ſanctificandus aſperſione. Tertiò, inferendus ſanguis in ſancta. Demùm, ſacrificium cõſummandum totum Deo, & nihil in vſum hominum extra caſtra: fudit ergo ſanguinem myſticè in cœna, aſperſit perfectius quàm Moyſes, præbēs vt biberetur, quo ſanctificauit eos quos conſummaturus erat. Intulit ſanguinem in ſancta, ſeu in tabernaculum corporis non manu factum, ſanctorũ ob animam,

quo-

quoniam ipſe ſancta ſanctorũ eſt. Demùm, conſummauit totum ad Dei gloriam ſacrificium extra caſtra moriendo. Sextò, quia teſtamentum nouum etiam ſecundum vos dedicabat in cœna, quod nõ fit ſine ſacrificio, ideo obtulit myſticè ſeipſum. Similiter hircus emiſſarius ad oſtium tabernaculi offerebatur antequàm peccatis populi polutus educeretur extra caſtra in deſertũ, ſeu aſperum montem, & ſic mala ab Iſraële depulſa erant: ſic fecit Ieſus in cœna, antequam exſolueret extra caſtra peccata noſtra. Non te pudet, Sclauorum ſtolidiſſimè, quærere quare Chriſtus bis ſe obtulit? Dicimus: Omnes actiones vitæ eius fuiſſe ſatisfactiones & oblationes pro nobis ſufficiẽtiſſimas ac digniſſimas, quas terminum coronamq; habere conſummationis in vltimo actu paſſionis decreuit. Pronunciamus, oblationẽ non cœpiſſe ab eo actu, quo eſt crucifixus, ſed maximè à venditione vſq; ad vltimum crucis ſuppliciũ, inter quæ, cœna fuit actus nobi-

biliſſimus, omnem paſſionem exprimẽs, & præſentẽ exhibens, vt Patri etiam extra agones præſentaretur. Bina actione obtulit, quoniam duplici Sacerdotio figuratus erat, Aaronico cruento temporarioq́; , & Malkizedico incruento ſub pane & vino : vni in cruce faciens ſatis, alterius autem partes abſoluẽs in cœna. Deinde, ſecundum B. Gregorium Niſſenum orat. 1. de reſur. vt incruento actu ſacrificij præoccuparet violentum impetum cruentæ oblationis, ideo eam prius ad viuum ſuis exhibuit, exhibetq́; quotidie. Duodecimò, vt vno conſummaret, alio autem cõſummans ad ſuos quaſi peculiares effectus diſpenſaret, inſumeret, applicaret, & vt revera præſens per deicam elementorũ demutationem, nobis in memoriam ſuorum mirabilium exhiberet. Addis demùm, *Vnum eſſe ſacrificiũ quo conſummati ſumus*. R. Non duo, nec plura eſſe conſummationis ſacrificia, ſed vnũ tantùm, quo ſemel Chriſtus in ſancta intrauit. Offerimus ergo nõ vt iterũ

cõſummamus, ſed vt ſemel cõſummata, tanquam in cauſa ſufficientiſſima, ſacrificio cruento, ad ſuam efficientiam ſeu effectus peculiares inſumamus oblatione incruenta, qua verè diſpenſatur ſacrificium peractum, quo meruit ac ſanxit, vt ſic ſuos ſortiretur effectus.

SECTIO .XXXVIII.

NONNVLLA ex Apoſtolo ſcribente ad Hebræos elucidare non grauabor, quibus incautis imponunt aduerſarij, fucum & prætextũ erroris inde ſumentes. Ex locis (inquam) detortis, & in alienum ſenſum traductis conſtat multos ſeduci, & viam veritatis reiicere, ita vt iam adimpletum videamus illud prophetantis Apoſtoli: Erit tempus quũ ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria & fabulas conuertentur, aſciſcentes ſibi magiſtros prurientes auribus, qui vt indocti & inſtabiles eiuſdem Apoſtoli Epiſtolas, ſicut alias ſcripturas, deprauant, ſeu perperam tractant, ad ſuam eorum perditionẽ, à veri-

tate auditũ auertentes. Primò, animaduertendum eſt Apoſtolum in epiſtola ad Hebræos facere comparationem inter ſacerdotium Aaronis & Chriſti, ſicut capitis ad caput, & non ſicut membrorum ad ſuum caput. Ideò fallaciam committunt aduerſarij, volentes inferre Chriſtiani Sacerdotij imperfectionẽ ex Sacerdotum in Eccleſia ſucceſſione, ſicut ex ſucceſſione Sacerdotum ſecundum Aaron, quia illi ſuccedebant Aaroni in pari gradu. Nos autem ſuccedimus Chriſto non in pari gradu, ſed vt membra, & miniſtri, per quos Chriſtus ſemper vnus & ſolus ſummus Sacerdos ſuum perpetuò exercet Sacerdotiũ, quo in munere nullum habet ſucceſſorẽ, at miniſtros tantùm & diſpenſatores. Profitemur propterea Chriſtum Ieſum Dominum ſolum ſummum Sacerdotẽ ſemper viuentem, ſolum mediatorem, Apoſtolum, Patrem, & Magiſtrũ vnicum: eum, inquã, eſſe qui baptizat, incrementumq́ue dat. Verùm, ſui Sacerdotij miniſterium, apoſto-

ſtolatus, paternitatis, baptiſmi, mageſte-
riatus, ac interceſſionis, non negamus:
quoniam dixit: Hoc facite in meam cō-
memorationem. Sicut miſit me Pater,
& ego mitto vos. Ite, docete, & bapti-
zate omnes gentes. Non enim baptiza-
mus vt Chriſto æquales ſucceſſores, nec
offerimus niſi vt miniſtri, per quos Chri
ſtus ſuum perpetuum Sacerdotium, ſe-
cundum ordinem Malchizedec, donec
veniat iudicatum viuos & mortuos, &
ſæculum per ignem, adminiſtrat. Nam
ſicut Pontificium Aaronis quàmdudum
durauit, tam diu miniſtrationem & exer
citium habuit: ſic Chriſtianum Sacerdo
tium, quia æternum eſt, vſque ad aduen-
tum Domini continuum habere debet
exercitium, Chriſto illud per Sacerdo-
tes adminiſtrante, vt quemadmodum il-
lud vetus hoſtiarum multitudine ac ſuc-
ceſſione adminiſtrabatur, ita iſtud vnica
re oblata ſemper perſeueret. Hoc ſacri-
ficium equidem perfectum eſt & abſo-
lutum, ſed inſumi debet & communicari
per

per media ac actus, quos Chriſtus decreuit, & Dei Eccleſia tradidit, quorum primũ eſt oblatio myſtica, quæ fit in Miſſa. Ex quo affirmamus hos duos offerendi actus, vnum eſſe Sacrificiũ, quoad ſubſtantiam, quia in cœna idem ſanguis & corpus Chriſti, ſicut in cruce, dicente Chriſto: Hoc eſt ipſum meum corpus, quod pro vobis tradetur: hic ſanguis ille meus, qui fundetur. Subinde, vnũ ſacrificium, quoad eundem effectum remiſſionis peccatorũ, dicente Domino, quod pro vobis datur, dubiò procul in remiſſionẽ peccatorũ, ſicut ſanguis funditur. Demùm, idem ſacrificium, quoad ſufficientiam, quia ſufficit ſemper (quantũ in ſe eſt) pro peccatorum omnium remiſſione, ſed indignitas noſtra, & modus quo offertur & applicatur, faciũt ne omnes ſuos effectus ſemper æqualiter exerat. Veruntamen hi duo actus offerendi ſi inter ſe conferantur, differunt, quoniã in cruce Chriſtus obtulit vt cauſa vniuerſalis: in cœna autem, vt cauſa parti-

cularis, effectũ vniuerſalis diſpenſantis. Primus modus offerendi propterea eſt irreiterabilis, non aũt ſecundus. Deinde, in cruce facta eſt oblatio ad ſoluendum Patrum exilium, ad reddendam Dei viſionem, ad aperiendam Paradiſi ianuam, ad ſoluendum peccatũ originale, & oĩa alia peccata: in Miſſa verò offertur ad habendã illam remiſſionẽ. Tertiò, in cruce obtulit Chriſtus ad abolendã Legem, in cœna verò ad inſumendum ac diſpenſandum fructũ ſacrificij cruenti, Demùm, in cruce facta eſt oblatio ad redimendũ nos alienos per mortẽ Chriſti in remiſſionẽ omnium peccatorũ præſentium, præteritorũ, ac futurorũ: in Miſſa aũt ad annunciandũ & habendum beneficium paſſionis exhibitæ. Ex his puto facilimè colligi poſſe differentiam Sacerdotũ Legalium Euangelicorumque, quoniam illi plures hoſtias offerebant, iſti aũt vnam Chriſti hoſtiam offerunt. Veteres ſacrificia offerebãt ſua in propria perſona, ſuoq; quaſi in nomine: Noui verò teſtamenti Sacer-

dotes in nomine Chriſti, cuius ſunt miniſtri. Leuitici Sacrificatores ſibi inuicem ſuccedebant pari in gradu & functione, quoniam nullus eorum perfectũ ſubierat Sacerdotiũ: Euangelici autem non ſuccedũt Chriſto, quaſi demortuo, quia viuens in æternum, ſempiternũ habet Sacerdotium, ſed omnes ſunt miniſtri & diſpenſatores myſteriorũ Dei, per quos Chriſtus internus Sacerdos ſuum adminiſtrat Pontificiũ. Quartò, Aaronici Sacerdotes immolabant hoſtias emundãtes tãtùm inquinationes carnis: noſtrates verò offerunt ad cõtinuationẽ oblationis vnicæ, qua ſufficienter cõſciẽtiæ emundantur ab operibus mortuis, ſeu peccatis. Præterea, illi cũ ſanguinis violenta effuſione offerebãt, iſti aũt ſine ſanguinis effuſione extrinſeca Chriſtum offerunt, in cuius oblatione incruẽta eſt tantùm ſanguinis effuſio myſtica, ſeu quoad acceptationẽ, fructum, ac effectũ, & ob id potiſſimè quòd fit in cõſecratione ſanguis effuſus. Sextò, Moſaici Sacer

dotes hoſtias immolandas habebāt, quas offerebāt, & offerendo immolabāt. Chriſtiani verò Sacerdotij miniſtri, offerunt corpus immolatū in cruce pro homine: vnde quum immolatū offerūnt, non neceſſum eſt vt occidant ad offerendum. Inſuper Legales Sacerdotes, ſuis variis oblationibus commemorabāt peccata, & non tollebant, vnde ſui imperfectionem accuſabant, & ad emundantem hoſtiam prouocabant: Euangelici autem Sacerdotes offerunt in memoriam mortis & beneficiorum Chriſti, quo deleta ſunt peccata, eam exhibentes oblationē qua ſola expiantur. Similiter repetebant immolationem ob inſufficientiā ad tollendum peccata: noſtri verò Sacerdotij miniſtri ſemel immolatam offerunt, ad inſumendum & diſpenſandum ſufficientiſſimam oblationem. Nonò, Legis Sacerdotes cum morte offerebant per ſpiritum carnalium vmbrarum: Chriſtiani autem viuentem per ſpiritū ſanctum hoſtiam litant. Deinde, veteres ſecundum

Aaron, nullam oblationem habebant, quæ exhiberet fructum ſufficientis oblationis: noſtri verò Chriſti miniſtri corpus & ſanguinē offerunt Seruatoris noſtri in cruente, quo exhibetur fructus, vis ac efficacia ſufficientiſſimæ oblationis. Vndecimò, illi immolabant ad tempus ſecundum ordinem Aaron: Chriſtiani autem ſecundum Malkizedec in æternum, vt Chriſti vnici Sacerdotis miniſtri, ad continuandum & inſumendum ſufficientiſſimū crucis ſacrificium. Demùm, illi offerebant in vmbra & figura remota Chriſti venturi, vnde Chriſtus occidebatur ab origine mundi in agnis & cæteris animalibus: noſtri verò offerunt in expreſſa Chriſti immolati imagine, quia Chriſtus ſub ſpeciebus panis & vini immolatur, quaſi in expreſſa imagine. Nam cùm Adam cecidiſſet, verbū diuinum eius criminis ſe fideiuſſorem fecit, & ſe pœnas ſolutum iri, quaſi peccati reus, ex miſericordia per Prophetas annunciauit: vnde vt reus quærebatur

ad mortē,& quum non inueniretur ante Legem,nec ſub Lege,quia nondum homo factus, per tabellam, ſeu in imagine agnorum & animalium immolabatur, & in ſacramentis ſumebatur. Quando autem factus fuit homo in temporis plenitudine,tunc non in figura oblatus eſt, ſed re vera: & exhibuit ſeſe in ſacramento,vt fecerat in paſſione, alioqui figurā pro figura ſubſtituiſſet, quod fieri non potuit,quoniam neceſſum fuit eum adimplere Legem & Prophetas. Præterea ſecundum Dei verbum,etſi corpus Chriſti in Euchariſtia ſit viuum,& ſanguis in corpore, non offerimus tamen (vt antè diximus) quia viuum & glorioſum, ſed quia pro nobis traditum,fractumq́;, & ſanguis effuſus. Subinde,quando Sacerdotes variis in altaribus offerūt repetitis ſui miniſterij actionibus,non plures hoſtias vt legales ſacrificant,ſed vnam præſentant,non plures,nec pluries,vt inſufficientes,quia Chriſti Sacerdotium exercent, qui omnes eorum actiones,ſeu

conſecrationes demutat in eam, quam in cœna ſemel fecerat, ſecundum quod nos docuit, dicens: Hoc facite in meam cōmemorationem. Non ergo oblationem reiterant, ſed ad ſuos ſingulares effectus inſumunt, ob id quòd ſint Chriſti miniſtri, & diſpenſatores myſteriorum DEI, non ſocij aut ſucceſſores in pari gradu, ſed diſpenſatores tantùm & miniſtri, nō rurſus iterantes vnicam generalem ſufficientiſſimamq́; Chriſti oblationem, ſed vt efficacem & perpetuam ſingulari ac myſtica oblatione, ad ſuos quaſi particulares effectus, pro munere ſibi credito, inſumētes, ac diſpenſantes. Fatemur inſuper ſufficientiſſimum paſſionis Chriſti beneficium, etiam pro impiis, & totius mundi peccatis, vt nos docet Dei verbum. 1. Ioan. 2. (quod tamē negant Caluinates, vt aſſerit Tilmanus Heſhuſius, ſed efficax tantùm pro ſaluandis in finem.) Hæc enim peccatorū remiſſio facta in cruce, vt in cauſa vniuerſali, reiterari nequit: ſed neceſſum eſt

De Euchariſtia cōtra Calu. cauil. pag. 321.

tantùm, quòd continua oblatione myſtica eius vis, efficaciaq; nobis applicetur, ad noſq; perueniat. Hinc eſt, quòd nouam peccatorum remiſſionē non meremur, ſed quam meruit CHRISTVS in cruce, nunc per incruentam oblationem exhibemus, inſumimusq;. Deinde, quum ſine ſanguinis effuſione non fiat peccatorum remiſſio, & recidiuationes, quæ ſequūtur primam remiſſionem, nondum ſint remiſſæ per baptiſma, quū necdum erant, conſequens eſt, neceſſariam oblationem incruentam, qua fiat ſanguis effuſus, & corpus pro nobis mactatum, in remiſſionem peccatorū, vt per eam denuò efficiamur participes beneficij crucis, per modum ſacrificij, quo eramus priuati per interueniens peccatum: vis propterea efficaciaque remiſſionis peccatorum pendet à crucis beneficio, ſed exhibetur nobis in ratione ſacrificij per oblationem incruentā. Nec admittenda eſt opinio, quam Illyricus affingit Domino Reuer. Ambroſio Cathar. niſi cū

In confeſſ. Antuerp. pag. 81.

diſcretione,ſcilicet,quòd per crucē tan- tùm deletum ſit originis peccatum, & peccata ante baptiſmum perpetrata, & quòd per incruentam oblationē deleantur actualia, quæ non erant per crucem deleta. Sed arbitror eum loqui de deletione exhibita ad ſuos effectus ſingulares, & applicata, quæ fit per incruentam oblationem, qua exhibetur inſumiturq́; beneficium ſacrificij crucis, quaſi ad ſuos effectus particulares. Ita vt virtus remiſſionis ſit in ſacrificio crucis, cuius virtutem diſpenſamus per incruentam oblationem. Et hanc fuiſſe mentem Reuer. Domini Catharini, colligere nō eſt difficile ex eodem libro, cui titulus eſt, De veritate incruenti ſacrificij noui & æterni Teſtamenti. Inquit enim, pag. 150. Hoc ſacrificium ergo incruentū, quod defendimus, in quo tamen ineſt cruenti virtus, quoniam & mors & ſanguinis effuſio commemoratur, & quodammodo repræſentatur. Et pag. 169. dictum eſt: Ergo effunditur, quia efficacia illius effuſio-

Tract. de ſacr. incruent.

Opus Rom. anno. 1552. apud Ant. Baldum.

ſuſionis eſt aſſidua coram Deo, vt (ſicut dixi) quotiens offertur per nos ipſe ſanguis effuſus, toties videatur effundi, ita vt hoc ſacrificium per illud in cruce perficiatur. Et pag. 170. Hoc ergo ſacrificium nouum & incruentum, ſuam habet efficaciam ab illo cruento, cuius fit cōmemoratio. Paulò pòſt: Quòd autem gratum ſit, & acceptabile DEO ad tollenda peccata, etſi nulla fiat mactatio (extrinſeca, & ſenſibilis) & effuſio (ſanguinis violenta) accipit ex illa priori mactatione, & effuſione commemorata. Ex his clarum eſt, D. Catharinum nihil beneficio paſſionis ademiſſe per incruentum ſacrificium, vt illi impingit Flaccius ex verbis perperam in alium ſenſum detortis, non conferendo ea cum iis quæ nunc adduximus, ex quibus mens ëius depræhendi poteſt apertiſſimè. Similiter calumnia eſt impudentiſſima, tam tetrum errorem affingere aliis Catholicis, & Diuo Thomæ, vt Illyricus impudentiſſimus audet, eos Papiſtas vocitans.

Cæ-

Cæterùm, quòd actus miniſterij noſtri repetimus in incruenta oblatione, id nō fit ob cruentæ oblationis inſufficientiā, vt calumniantur aduerſarij, ſed ob verbū Chriſti, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. Hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis funditur. Hoc facite in meam commemorationem. Subinde actus miniſterij noſtri, quibus fit incruenta oblatio, iterantur, non ob iniuriam & imperfectionem prioris, ſed quia ſunt vſus, inſumptio, viuaque & efficax exhibitio ſacrificij cruenti, cuius ſicut virtus durat, ita & exhibitio repetitis miniſterij noſtri actibus continuari debet. Demùm, incruentum cultum exercemus, quià ſæpè peccamus, & per peccatum alieni à crucis beneficio, per incruentam oblationē rurſus efficimur participes. Fides ad hoc eſt diſpoſitio, ſine qua nihil: Pœnitentia verò remouet impediens, Gratia autem ornatum præſtat, & incruenta hoſtia plenitudinem bonorū in ratione ſacrificij, quod ſupremum locum obtinet in cultu diui-

diuino. Nam ſicut pœnitentia ſine fide vana eſt, & fides ſine dilectione inutilis, ita fides, pœnitentia, ac ſacramenta, non præſtant abundantiam & perfectionem beneficiorum CHRISTI, ſine ſacrificio incruento.

SECTIO .XXXIX.

DEinde animaduertendum Chriſti ſacrificium excellere veteri ſacrificio multipliciter. In primis, illud vetus ſacrificium tollebat inquinationes carnis, & legales irregularitates: iſtud verò ea omnia ſuſtulit, & animas ſanctificat, easq́ue emundat ab operibus mortuis. Secundò, veteris Legis oblatio non tollebat recidiuationes peccatorũ, ſed nouo ſacrificio ac alieno opus erat: Chriſti autem oblatio ſufficienter, efficaciter, ac generaliter peccata ſuſtulit, ideo eam reiterari non eſt conueniens. Demùm, Legis ſacrificia nec peccatũ tollebant, nec exhibebant aliquod ſacrificium, quo peccata ſoluerẽtur: Chriſti verò oblatio illa ſoluit deleuitq́; in cruce, vt exhibe-

retur ſolutio per incruentam oblationẽ.
Ex his clarũ eſt, quòd Euchariſtia multò perfectius ſit ſacrificium, quàm veteris Legis oblationes, in quibus Chriſtus occidebatur, edebatur, ac immolabatur ab origine mundi, ſed in vmbra & figura, in voto, ac deſiderio: at in Euchariſtia nõ in imagine, vt abſens, myſticè immolatur, ſicut in Lege: ſed vt præſens myſticè mactatur ac exhibetur. Vnde non immeritò Euchariſtia dicitur, & eſt ſacrificium propriè dictum. Sanè Euchariſtiã dictam ſacrificiũ à veteribus, nullus negare legitimè poteſt. Verùm quidem elabi conantur, dicendo, verum ac legitimum vſum Euchariſtiæ eſſe ac poſſe dici ſacrificium, quia eſt ſacer cultus. At ex ſcripturis non habemus ſacrum cultum generaliter dici ſacrificium, ſolis Sacerdotibus conueniens, ſicut hîc traditur verbo Dei, Hoc facite in meam commemorationem. & ſicut Nicena Synodus docet can. 18. dicens: Hoc neque regula neque conſuetudo tradidit, vt ij qui offeren- *Confeſſ. witemb.*

ferendi ſacrificij poteſtatem nō habent, his qui offerunt, corpus Chriſti porrigant. Sanè, ſi ſit tantùm vſus legitimus cœnæ ſumendo, ſi ſit gratiarum actio,& laudes,omnes illud offerre poſſunt ſacrificium. Vnde conſtat,quòd ad oblationem agni intelligibilis,qui mactatur incruentè ſuper menſa à Sacerdotib.iſtud ſacrificium debeat,vt in alio canone idē Niceni Patres.318.tradunt,referri. Quā ob rem locum non habet hîc illa ſacrificij ficta generalis acceptio de ſacro cœnæ vſu. Quod probat Caluin.lib.4. cap.18.ſectio.13.inquiens: Qui ſacrificij vocabulum ad ſacras omnes ceremonias,& religioſas actiones extendūt,qua ratione id faciunt, non video. Nos perpetuo ſcripturæ vſu ſacrificium appellari ſcimus,quod Græci nunc Thyſian,nunc Proſphoran,nunc Teletin dicunt,quod generaliter acceptum complectit quicquid omnino Deo offertur. hæc Caluinus contra Wirtembergenſium fictas nebulas, Verùm,Caluinus in eodem capite

Vt witemberg.

pite cõtendit, Euchariſtiam ſacrificium non eſſe,quia exemplar & imago ſacrificij crucis memoriaq́; vocatur.At Caluini rationem non concludere oſtendo ex eo quòd Euchariſtia perfectius repræſentet ſacrificium,quàm legalia,quæ etſi imagines erant,exemplariaq́; futurorũ, nihiloſecius vocabantur revera & ſacrificia:vnde conſtat Euchariſtiam multò perfectius dici & eſſe ſacrificium,quum exhibeat beneficium crucis, quod Legalia nunquam præſtarũt,quàm illa antiquæ Legis ſacrificia. Præterea, nihil prohibet imaginẽ ſubſtantiæ,exemplar, & caracterem, eſſe ſimul ſubſtantiam. Vt Filius etſi ſit imago, caracter, & exemplar Patris, ſimul etiam eſt eadem ſubſtantia cum Patre. Et Rex mutata veſte eſt ſignum ſuiipſius, Similiter etſi ſit ſimilitudo illius,non officit quò minus ſit revera ipſamet res. Vt Chriſtus, qui formam ſerui accepit,habitu inuentus vt homo,& in ſimilitudinem hominum factus,fuit etiam revera homo.Sic nihil

nihil prohibet Euchariſtiam eſſe exemplar, imago, ac ſimilitudo ſacrificij, & verè ſacrificium. Deinde, noſtra cœnæ actio, non erit imago, exemplarq; cœnæ quam fecit Chriſtus, niſi re vera accipiamus & manducemus. Ita nec noſtra Euchariſtia eſſe poteſt exemplar ac imago oblationis in cruce, niſi obtulerimus in Euchariſtia. Sicut agnus in Lege non fuit expreſſa imago Chriſti, niſi fuerit oblatus. Quum aũt Euchariſtia ſit viua imago oblationis in cruce, ex eo conſequẽs eſt, debere offerri, dici, & eſſe propriè ſacrificium. Præterea, Caluinus in Inſticut. lib. 4. cap. 18. ſect. 65. ait: Patres Euchariſtiam vocaſſe ſacrificium, non quòd ſit revera oblatio, ſed quia eſt memoria ſacrificij in cruce peracti. At hoc confutare non eſt arduum, quum agnus immolatus in Paſchate apud Iudæos eſſet memoria agni immolati in Ægypto, qui agnus etiam in ſe erat ſacrificium.

Lib. 20. cõtra Fauſt. cap. 18.

Ideo ait Auguſtinus, quem adducit Caluinus loco citato: Hebræi in victimis pe-

cudum

cudum, quas Deo offerebant, prophetiam celebrabant futuræ victimæ, quam Chriſtus obtulit: Chriſtiani iam peracti ſacrificij memoriam celebrant, ſacroſancta oblatione & participatione corporis & ſanguinis Chriſti. hæc Auguſtinus. Verùm, expreſſè hoc loco D. Auguſtin. eam memoriam ſacrificij admittit, quæ ſit etiam ſimul ſacrificium. Sicut veteris Legis oblationes erant etiam prophetia Chriſti immolandi, & veræ hoſtiæ: ita Euchariſtia eſt memoria oblationis in cruce, & oblatio in ſe. Nam Auguſtinus inquit: Chriſtiani celebrant memoriam victimæ, quã Chriſtus obtulit. hæc memoria ſacrificij. Subiungit: Quam Chriſtiani celebrant ſacroſancta oblatione & participatione corporis & ſanguinis CHRISTI. quibus verbis oblationem corporis & ſanguinis teſtatur apertius, quàm quòd à quoquã negari poſſit: non propterea memoriam tantùm, aut participationẽ ſolam corporis & ſanguinis Chriſti docet B. Auguſtinus, vt illi impo

nebat Caluinus: ſed etiam oblationem corporis & ſanguinis Domini Euchariſtiam eſſe conteſtatur. Præterea, Caluinus lib. 4. cap. 18. ſect. 10. ac alij Eccleſiæ aduerſarij, vt Melanĉthõ in Apolog. Confeſſ. Auguſt. de Miſſa, Bucerus li. 2. de vera & falſa cœnæ adminiſtra. cap. 7. Lutherus de captiuit. Babylonica, faten tur Euchariſtiam dictam oblationem ac ſacrificium à veteribus, ab oblationibus munerum, quæ fideles afferebant in vſus pauperum, & charitatis. Deinde, ſacrificium Euchariſticum, à precibus quas fideles in cœna offerebant, & maximè miniſter in nomine plebis: non eſſe verò altaris ſacrificium, noui teſtamẽti nouam oblationem: non eſſe, inquam, propriè oblationem corporis & ſanguinis Domini, non eſſe ſacrificium precij noſtri. Cæterùm, hæc aduerſariorum impuden tiſſima calumnia apertiſſimè cõuincitur ex canonib. Nicenæ Synodi antè citatis, qui habent expreſſè, Sacerdotes offerre ſuper menſam agnum tollentem peccata

Nicena Synodus prima.

mun

mundi: offerre, inquã, corpus & ſanguinem Domini, quod non licet Diaconis, ſicut nec conficere. Ambroſius teſtatur in terris & ad altare Chriſtum à Sacerdotibus offerri, licet non videatur. Sanè Auguſtinus, ſacrificium precij noſtri, victimamq́ue ſanctam pro matre oblatam affirmat, ſacrificium Mediatoris noſtri offerendum pro defunctis, lib. 9. confeſſ. cap. 12. &. 13. Sacrificium, inquam, corporis & ſanguinis Domini, per cuius oblationem pelluntur Dæmoues, lib. 22. de ciuit. Dei cap. 8. Eant nunc aduerſarij cum ſuo impudentiſſimo ſophiſmate, & negent ſacrificium corporis & ſanguinis Domini. Præterea, ſacrificium DEO, ſpiritus cõtribulatus, in quo offertur ſpiritus contritus, ac cor humiliatũ & confractum. Sacrificium laudis, euchariſticumq́; dicitur, in quo offeruntur laudes ac gratiarum actiones. Sacrificium orationis, in quo offertur oratio. Pſal. 140. Sacrificium beneficentiæ, & communicationis, in quo hæc offeruntur. Heb. 13.

Amb. in Luc. cap. 1. & in Pſal. 38.

Pſal. 51.

Pſal. 26.

Act. 49.

Rom.12. Sacrificium mortificatæ carnis, in quo offertur caro mortificata. Sacrificiū memoriæ paſſionis, in quo offertur memoria. Ergo à ſimili dicendum eſt, Sacrificium precij noſtri, Mediatoris noſtri, corporis & ſanguinis CHRISTI oblatio, victimæ ſanctæ hoſtia, quando offertur Chriſtus in altari, qui eſt precium noſtrum, cuius corpus & ſanguis ſunt Mediatoris ſacrificium, victimaque ſancta. Inſuper gratiarū actio, laudes, & preces non ſunt noui teſtamenti nouum ſacrificium, ſicut iſtud, quoniam erant in vetere inſtrumento, dicente Dauide: Sacrificium laudis honorificabit me. Similiter, ſi fuiſſet tantùm ſacrificium eucharisticum, laudis, & oblationum in cœna, debuiſſet à Patribus tantùm ſic vocari, & nō ſacrificium precij noſtri, corporis & ſanguinis Domini holocauſtū ad purgandas iniquitates. Demùm, ex iſtis verbis, Gratias egit, ſacrificium gratiarum actionis meritò cōfirmamus. Ergo etiam ex iſtis Chriſti ſermonib. Hoc eſt ipſum

Cyp. de cœna Dom.

cor-

corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hic eſt ſanguis ille meus, qui funditur in remiſſionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem. infertur ſacrificium corporis & ſanguinis Domini, vt palàm probaui. Hæc de ſacrificio obiter dixerim, ad diſcutiendas nebulas, quas aduerſarij obtendunt, Scripturas ſacras, & Patres impudentiſſimè peruertendo.

SECTIO .XL.

SAcrificiorum diſtinctionem ex nouo teſtamento colligit Chryſoſtomus, ſcribens in Pſal. 95. dicens: Eccleſia quæ vbique Chriſtum in ſe circumfert, innumerosq́; Martyres immolauit ob charitatem, quã gerit erga virum, à nullo prohibetur loco, ſed in omni loco ſunt altaria, in omni loco doctrina. Hæc prædixit Deus per Prophetã, nam & Eccleſiaſticam exprimens ſynceritatem, & alterius populi ingratitudinem traducẽs, ad illos loquitur: Non eſt mea voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotẽs, nec Malach.1.

accipiam hoſtias de manib⁹ veſtris, quoniam ab ortu Solis vſq; ad occaſum nomen meum glorificatũ eſt inter gentes, & in omni loco ſacrificium offertur nomini meo, & ſacrificium purum. Vide quàm luculenter, quamq́; dilucidè myſticam interpretatus eſt menſam, quæ eſt incruenta hoſtia. Thymiama verò purũ appellat ſacras preces, quæ poſt hoſtiam offeruntur. Hîc enim ſuffitus Deum refocillat, non is qui à terrenis radicibus ſumitur, ſed qui à puro corde exhalatur. Dirigatur igitur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo. Eſt igitur hoſtia pura, prima quidem myſtica menſa, cœleſte ſummeq́; venerandum ſacrificium. Deinde renarrat decem genera ſacrificiorum inter Chriſtianos, ex analogia & metaphora ad ſummè venerandum ſacrificium. In quibus diſtinguit inter preces quæ offeruntur in Eccleſia poſt oblationem hoſtiæ incruentæ, ſeu cœleſtis venerandiq́; ſacrificij, & ipſam hoſtiam. Cæterùm, qui proteruè contendunt, ex obla-

oblatione incruenta tolli perfectionem ſacrificij crucis,quo expiata exhauſtaq́; ſunt peccata, falluntur. Nam hoc non impedit quò minus Chriſtus ad DEVM quotidie per ſeipſum accedat offerens preces ad interpellandū pro nobis. Hoc non impedit ſacrificium laudis,mortificationis carnis, ſacram oblationem ſpiritus humiliati & contriti,ſed magis cōfirmat: quia hæc omnia ſacrificia ſuam vim & efficaciam ſumunt à crucis beneficio, quod per ea nobis impertitur. Non ignoramus Apoſtolum dicentem, Sine ſanguinis effuſione haud fieri remiſſionem peccatorum. Sed reſpondemus, Apoſtolum addidiſſe, penè, quod ex præcedente membro repetendū conſtat. Nam ait: Omnia penè in ſanguine mundantur, & ſine ſanguinis effuſione non fit peccatorum remiſſio. Ideo ſic poteſt reddi: Et penè ſine ſanguine effuſo non fiebat peccatorum remiſſio. Et ſic legendum eſſe,docet hœdus emiſſarius,quo remittebantur peccata, licet

Heb.7. *ibid.10,* *Leuit.16,*

ſanguis non effunderetur. Hinc eſt q, hæc propoſitio Apoſtoli nō eſt vniuerſalis, vt fingunt aduerſarij noſtri. Propterea etſi in Miſſa nō ſit ſanguinis effuſio violenta, non tamen ſequitur, ibi non eſſe peccatorum remiſſionē. Subinde affirmamus, Apoſtolum loqui de Legali remiſſione, ideo perperam agunt, qui hoc ad Euangelicum ſacrificium trahunt. Præterea, etſi in Miſſa nō ſit ſanguinis effuſio violenta, & afflictiua, eſt tamē ibi myſtica, ſeu quoad acceptationē, & efficientiam, quæ ſufficit ad peccatorum remiſſionē, dicente Domino Ieſu, Sanguis qui funditur in remiſſionem peccatorum. Demùm, affirmamus in Miſſa non fieri nouam peccatorum remiſſionem, vt blaterant aduerſarij: ſed iamdudū per crucis paſſionem factam remiſſam diſpenſari, exerceri, ac inſumi ad ſuos quaſi effectus ſingulares. Eiuſdem generis eſt verbum aliud eiuſdem Apoſtoli, dicentis: Vbi eſt peccatorum remiſſio, iam non eſt oblatio pro peccato. quod veriſſimum eſſe pro-

profitemur, ſi ipſa peccatorum remiſſio ſit iam exhibita, ad ſuosq́ue effectus diſpenſata. Ideo in Miſſa offerimus, vt ipſam remiſſionem iamdudum factam inſumamus per modum ſacrificij, & appli cemus ad ſuos effectus, ſicut fit in baptiſmo. Simile eſt illud Apoſtoli: Introiuit Ieſus in ipſum cœlum, vt appareat pro nobis vultui Patris, non aũt vt ſæpè offerat ſemetipſum: nam nunc ſemel ap paruit per hoſtiam ſuam ad deſtitutionẽ peccati. Chriſtus quippe ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata. Nam obtulit ſe ſemel modo cruento & patibili per mortem, quo modo iam ſæpè non offert ſeipſum, nec offertur. Quoniam ſic apparuit ad deſtitutionem peccati, aperiendo cœlum, ſoluendo Patrũ exilium, & communicando ſui viſionẽ, quæ ſunt abolitio & exhauſio peccatorum. Vnde Patres ante mortem Chriſti habebant remiſſa peccata, ſed non exhauſta, niſi intercedente morte, qua exilium ſolutum, cœlum apertum. Et ideo

iam Chriſtus non offertur ad deſtitutionem peccati, nec ad abolitionē aut exhauſionem peccatorū: ſed ad inſumendum fructum ac beneficium præſtitum per abolitionem & exhauſionē iamdiu factam. Præterea, Apoſtolus teſtatur, veteres ceſſaſſe offerri, ſi habuiſſent hoſtiam perfectè tollentem peccata. Vnde nos, qui ſufficientiſſimam habemus hoſtiam, non offerimus ob hoſtiæ imperfectionem, ſed ob noſtram inſufficientiam erga ſufficientiſſimam oblationē, cuius efficacia nobis exhibetur per incruentum ſacrificium, quod in hunc finem, donec Dominus veniat, adminiſtramus. Non eſt etiam obſcurum, quomodo per oblationē corporis Ieſu Chriſti ſemel (cruentè ſcilicet exhibitā) ſanctificati ſumus, vt in cauſa vniuerſali, ſuo tempore ad effectum applicandum per oblationem incruentam. Vnam quippe pro peccatis obtulit hoſtiam, (multis actibus & gradibus tam cruentè, quàm incruentè) & vna oblatione (cruentè & in-

incruentè oblata) conſummauit (in cauſa & in effectu, tam quoad pœnam damni, quàm quoad pœnam ſenſus) in ſempiternum ſanctificatos, prius in cauſa, deinde in effectu & vſu. Vnde iam non offertur vt conſummet, ſed vt conſummationem in effectu exhibeat. Hoc eſt, exercemus, diſpenſamus, ac inſumimus oblationem conſummantem, nec iteramus ad conſummationem. Quum ergo peccata ſint conſummata ac exhauſta per crucis hoſtiam, non eſt opus alio precio digniore extra hominum conſpectum, vt blaſphemat Caluinus lib. 2. inſtit. ca. 16. ſect. 10. Demùm, ſi peccatum reuera, vt vult S. Apoſtolus, eſt exhauſtum, fomes iam nõ eſt propriè peccatum, ſed denominatiuè tantùm.

SECTIO .XLI.

MVLTI ex catholicis, interpretantes hunc locum Apoſtoli: Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos: aiunt oblationem eſſe nomen verbale, ideo ſignificare non

tam

tam actum offerendi, quàm ſubſtantiam oblatam. Et nos aliam non offerre oblationẽ, ſed eandem adminiſtrare, nam in confeſſo eſt, Apoſtolum in hóc cap. 10. ad Heb. ſumere oblationem pro re oblata, & non primò pro actu offerendi, vt Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi. Item: Hic vnam offerens pro peccatis hoſtiam, in ſempiternum ſedet ad dexteram DEI. Ita nihil prohibet dicere, vna oblatione conſummatos fuiſſe ſanctificatos, quam hoſtiam offert ſecundum ordinem Malkizedec in cœlo aſſiſtens vultui Patris pro nobis, quamq́; & nos offerimus, & non aliam. Subinde animaduertendum, oblationem Chriſti non fuiſſe in inſtanti, ſed perduraſſe aliquantum temporis, dicente Propheta: Oblatus eſt, quia ipſe voluit. Eſaiæ. 53. voluit autem maximè ab origine mundi. Ideo agnus DEI ab eo tempore dicitur occiſus. Apocalyp. 13. Fuit propterea oblatus in agnis, ſed in vmbra, & figura, in voto, deſiderioque.

Sed

Sed voluit amplius offerri naſcédo, orando, ieiunando, prædicando, opera miſericordiæ exercendo, ac patiendo, & multa alia bona faciendo, quæ omnia ſuo Patri dubio procul pro nobis obtulit. Vnde non tantùm obtulit in cruce, ſed actu continuo, quem exercuit certis gradibus ac nunc peragit, cuius actus cœna Dominica eſt quaſi gradus vnus. Propterea offerre in Miſſa nō eſt oblationem iterare, ſed eſt potius oblationis gradū administrare: non enim offerimus vt oblationem crucis fortificemus corroboremusq́ue, ſed vt ad eam pertingamus per adminiſtrationē iſtius gradus incruenti, ſicut præordinauit Chriſtus, dicēs: Hoc eſt ipſum meum corpus, quod pro vobis datur, dubio procul, in remiſſionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem. Vna idcirco oblatione conſummauit in æternum ſanctificatos, quæ certis ſcilicet gradibus exerceretur, continuaretur, miniſtrareturq́ue. Primò, à verbo diuino acceptante paſſio-

nem

nem pro nobis,& hanc ſub vmbris & figuris poſtea exercente, deinde amplius naſcendo,ieiunando,prædicando,miracula operando, & miſericordiam præſtando,ac exemplar viuum ſuorum mirabiliũ in cœna faciendo,& demùm moriendo. Meruit enim Chriſtus ab inſtanti ſuæ incarnationis noſtrã ſalutem ſufficiẽter,& omnes actus quos fecit ſtudioſos,obtulit Patri. Sed ex parte noſtra erant impedimenta,quibus non poteramus fieri participes ſalutis alioqui acquiſitæ ſufficienter, ad quæ tollenda opus fuit acerbiſſimã paſſionem intercedere.

SECTIO .XLII.

EX his puto intellectu facillimum, altaris ſacramentum non offerri à nobis in adiutorium & robur ſacrificij crucis: ſed in gratiam noſtri erga crucis beneficium ob inſufficientiam noſtram, vt abundantius fructus illius ſimus participes. Iſtud enim Euchariſtiæ ſacrificium nõ eſt promeritorium remiſſionis & redemptionis de nouo, vt calumniãtur ad-

aduerſarij, ſed eſt cōmunicatiuum ac collatiuum beneficiorū Chriſti, à quo habet omnē efficaciam. In ratione verò ſacramenti habet vim vnitiuam ac nutritiuā. Si quis autem quærat à nobis, vnde vim & efficaciam habeat, reſpondemus, eius vim non ſolùm eſſe in radice ſacrificij crucis, ſed etiam in inſtitutione. Nam Chriſtus inſtituens illud, fecit mactatū corpus pro nobis, & ſanguinem effuſum, dubio procul in remiſſionem peccatorum. Quòd ſubinde poſſit ac debeat applicari in generali, vel in particulari, ex Dei verbo, & Chriſti facto cōfirmatur: quoniam Chriſtus dixit, quum hoc munere fungeretur, Qui pro vobis, & pro multis effundetur. Similiter oratio Chriſti in cœna pro omnibus crediturus in generali, deinde ꝓ Apoſtolis, demùm pro Petro, quā orationem revera fudit quum iſtud munus ſubiret, conuincit eius applicationem non eſſe fictitiam. Nam ſacrificium quod ex ſe per modum orationis offertur, ad varia applicatur. Iſtud

au-

Act.6. autem quod Oratio dicitur, propterea poteſt ad varios effectus inſumi. Præter ea, ſacrificium quod ex ſua inſtitutione eſt indeterminatum, conuenit multis ef fectibus: Euchariſtiæ autem oblatio eſt huiuſmodi, vnde ſine iniuria ad varios effectus applicatur. Inſuper affirmat Au guſtinus cũ omni Chriſti Eccleſia, iſtud ſacrificium ſucceſſiſſe omnibus Legis ſa crificiis: quamobrem ad omnes effectus ex ſua natura poteſt & debet applicari, ſecundum rei exigentiam. Hoc ſimiliter haud eſt prætereundum, quòd Euchariſtia eſt viua imago exemplarq́; Do minicæ paſſionis, ac beneficiorũ in cru ce: ea de re debet eius celebratio imitari paſſionis oblationem. At in paſſione aliter obtulit pro Angelis, quorũ eſt caput, in cuius ſanguine vicerunt, ne cade rent: aliter pro virgine, eam redimendo à caſu, non qui infuit, ſed qui infuiſſet, niſi præueniſſet eã Altiſſimus: aliter pro S. Iohanne Baptiſta, vt ſanctificaretur antequam naſceretur: aliter pro nobis,

Redemit matrem, ne caderet.

quos

quos non ſanctificat niſi extra vterum, ſecundum legem communem: demùm, aliter pro vnoquoq; noſtrûm ſecundum gradus gloriæ inæquales, ad quos nouerat nos gratis fuiſſe prædeſtinatos. Ex quo conſequens eſt, Euchariſtiæ oblationem offerendam pro viuis & defunctis, pro hiſq; qui futuri ſunt, ac pro cunctis beneficiis accipiendis, & malis depellendis, necnõ pro cunctis mundi neceſſitatibus, ſicut CHRISTVS obtulit in cruce, per cuius virtutem noſtræ preces ac oblationes viuificantur. Demùm, Eccleſia ab Apoſtolis vſque in præſentem diem ſic ad varios effectus inſumpſit, ſicut docet Auguſtin. 22. de ciuit. cap. 8. ad depellendos Dæmones, ad gratiarum actionem de gloria Martyrum, in Ioan. tract. 84. Demùm, etiam pro defunctis, lib. 9. confeſſ. cap. 12. &. 13. ac ſerm. 34. de verbis Apoſtoli, & in enchir. cap. 110. D. Iacobus ſua in litourgia ſic precatur: Domine, qui viſitaſti nos in miſericordia & commiſeratione, & nobis abiectis

ac indignis peccatoribus, ac indignis ſeruis tuis, conceſſiſti vt confidentes accederemus ad ſanctum altare tuum, & offerremus tibi verendum hoc & incruentum ſacrificium pro noſtris peccatis, & ignorantiis populi: Placeat tibi, Domine, vt quæ offerimus accepta tibi ſint: Supplicamus & imploramus bonitatem tuam, ne myſterium hoc, quod ad ſalutẽ nobis diſpenſatum eſt, in condemnationem populi ſit, ſed in abolitionem peccatorum, ac corporum & animarum renouationẽ. Fac vt oblatio noſtra grata & acceptabilis ſit per Spiritum Sanctum ſanctificata in propitiationem peccatorum noſtrorum, & eorum quæ populus per ignorantiam admiſit, & in requiem animarum eorum qui ante nos dormierunt. En habes hoc ſacrificium ad varios vſus acceptum. Idem habent litourgiæ Diui Baſilij ac Chryſoſtomi. Quam aſſertionẽ clariſſimis verbis idem Chryſoſtomus proſequitur lib. 6. de Sacerdotio. Vnde concludimus, nouam nõ eſſe

in vera Dei Eccleſia (vt garriunt aduerſarij) Euchariſtiæ ad varios effectus oblationem. Siquidem illud os aureum inquit, Homil. 77. in Ioan. cap. 16. In myſteriis inuicem ſalutamus, vt multi vnū efficiamur, & communes pro non initiatis preces effundimus, & pro infirmis, & terræ & maris & vniuerſi orbis fructibus ſacrificamus. hæc Chryſoſt. Ex his haud eſt obſcurum intellectu, quomodo in cruce Dominus Ieſus obtulit ad ſufficientiam cōſummantem, in cœna verò ad inſumptionem illius ſufficientiæ: & ſic vnica oblatione conſummati ſumus ad ſufficientiam, & efficientiam quaſi generalem & conditionalem, vt inſumeretur & adminiſtraretur oblatione incruenta ad ſuos (vt ſæpius diximus) effectus particulares. Oblatio enim Chriſti Ieſu in cruce fuit ſupremus actus offerendi, quem in omni opere ſuæ vitæ exercuit, ideo ea oblatione ſumus conſummati, ſi oblatione incruenta inſumpſerimus hoc paſſionis beneficium, quia actus Eucha

Lege eundē homil. 26. in Matth. cap. 7. & 8.

riſtiæ offerendæ eſt quaſi quidam gradus, quo illa vnica oblatio ad conſummationem noſtram peruenit. Cæterùm, hoc Chriſti ſacrificium in cruce fuit primum, quoad modum ſe offerendi, quoniam antè non ſe nec ſua cruento modo obtulerat, nec poſtea ſic eſt oblatus, ideo dicitur primum, ſemel, & vnicum ſacrificium. Eſt etiam ſufficientiſſimũ, quia illo ſunt exhauſta noſtra peccata, & cõſummatio abſoluta, quod factum nõ fuerat aliquo Chriſti beneficio præcedente, non ex defectu meriti, aut charitatis, ſed ex natura operis, quod requirebatur, ob indignitatem noſtram. Illudmet crucis ſacrificium fuit non primum, ſi actum & tempus offerẽdi ſimpliciter reſpiciamus, quoniam antea in cœna obtulerat, qui modus offerendi eſt quaſi quidam gradus perueniendi, inſumendi, ac diſpenſandi hoc cruentum ſacrificium: cui ſicut præcedentium meritorum CHRISTI oblatio, & acceptatio, præcedenteſque ſatisfactiones ac preces non officiunt,

nec derogant, ſed fuerunt gradus pertingendi ad illud: ita & incruentum ſacrificium eſt inſtrumentum quo beneficium cruenti haurimus. Et ſicut Chriſtus in diebus carnis ſuæ orans exauditus pro ſua reuerentia, precibus ſuis nõ derogat aſſiſtens vultui Patris: ita nec iſta oblatio iniuriam facit oblationi crucis. Sicut & noſtræ preces, noſtraq; cõmunia ſacrificia, vnicũ Chriſti ſacrificium non extinguunt, ſed extollunt, quia ab eo vim efficaciamque ſumunt: ſic & incruentæ hoſtiæ oblatio. Hæc enim ſunt ad remouenda obſtacula noſtræ indignitatis: ſunt etiam quaſi quidam gradus, viæ, ac inſtrumẽta ad perueniendum ad perfectionem, & conſummationem. Et hæc ſunt teſtimonia noſtræ infirmitatis, & perfectionis ſacrificij, quod vnicum permanens, eſt ſufficientiſſimũ pro cunctis peccatis, dummodo diſpenſetur, & ad ſuos effectus inſumatur, offeratur, ac miniſtretur.

SECTIO .XLIII.

VOciferantur præterea aduerſarij, dicendo, inſtitutionis cœnæ Dominicæ verba eſſe, Accipite,& manducate, & non,offerte. vnde nos damnant tanquã Domini contemptores. Quibus reſpondemus: Eſſe ſimiliter alia verba in inſtitutione cœnæ Dominicæ,quibus poteſtas offerendi ſignificatur,vt ſunt iſta: Hoc eſt corpus meum,quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationẽ. Non enim inſtituta ſunt verba, Accipite & manducate,ad conficiendũ vel offerendum ſacrificium , nec etiam illis conficimus,ſed iſtis:Hoc eſt corpus meum,quod pro vobis datur. Item,iſtis verbis,Accipite & manducate, non accepimus poteſtatem ſacramenta conficiendi, aut offerendi : ſed iſtis, Hoc facite in meam commemorationem. Nam ſi in inſtitutione cœnæ Dominicæ legeremus tantùm iſta verba , Accipite, & manducate,& nihil aliud exprimeretur, re vera nec ſacramentũ,nec ſacrificium,

ex iis docere poſſemus. At quia legimus: Hoc eſt corpus meum. Hic eſt ſanguis meus. ex hoc ſacramentum ſigni & ſignati defendimus. Deinde, quia Chriſtus addidit, Quod pro vobis datur, &, Qui funditur in remiſſionem peccatorum, expreſſè ſacrificium confirmauit, ac præcepit, dicēs: Hoc facite in meam cōmemorationem. Hoc facite, inquam: nolite tantùm dicere & prædicare meā paſſionem, ac cœnæ meæ inſtitutionē, ſed facite poteſtate vobis conceſſa com miſſaq; hoc corpus meum, quod pro vo bis tradetur: facite ſanguinē, qui fundetur in remiſſionē peccatorū. Quibus ver bis non tantùm formaliter exprimit veri ſui corporis rationem, ſubſtantiam, ac præſentiam, ſed etiam qualitatem ſacrificijque conditionem. Alioqui ſi ſacramentum tantùm inſtituiſſet, (vt volunt contra Catholicā Eccleſiam aduerſarij) dixiſſet: Hoc eſt corpus meū, quod vos alit. Hic eſt ſanguis meus, qui vos nutrit. Aut: Hoc eſt corpus meum, quod

videtis. Vel: Hic eſt ſanguis meus, qui natus eſt de virgine. aut ſimile quippiã. Sed ſacrificium inſtituit, inquiẽs: Quod pro vobis datur. Sanguis qui funditur in remiſſionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem. Id eſt, non ſolùm cõmemorate beneficia vobis exhibita per incarnationem, circumciſionem, orationem, prædicationem, cõuerſationem, & mortem: ſed quod plus eſt, Hoc facite, dubio procul, quod feci, corpus pro vobis mactatum, in meam commemorationem. Dictum eſt autem, Accipite, & manducate, ad declarandum oſtendendumq́; in quem vſum & finem confecta ſacramenta, & oblata ſacrificia cedere debeant. Nam ſicut nullus poteſt conficere, niſi ſit donatus conficiendi poteſtate: ſic non poſſumus accipere & manducare, niſi confecta. Vnde, Accipite, & manducate, ad vſum ſacramenti ſunt referenda, quoniam ſupponunt poteſtatem conficiendi, & rem cõfectam, quæ accipiatur & manducetur. Demùm, inſti-

inſtitutum eſt Euchariſtiæ ſacrificium, vt futurum eſſet memoriale Dominicæ paſſionis, quod tunc erat exemplar imagoq́; celebrandæ, nunc autem celebratæ. Cæterùm, ex his arbitror me tetigiſſe ſummam doctrinæ Eccleſiaſticæ de Euchariſtiæ ſacrificio, contra nebulas aduerſariorum, qui errores craſſos ſomniant, & nobis tribuunt, ac populum dementant. Verùm, hæc fari libuit ante abſoluta Flaccij ſophiſmata, ne iterum ſimilibus conuiciis Eccleſiam Dei traduceret: cui negotium quæſtionemq́ue pluribus enodare nõ detractamus, ſi candidè diuini verbi iudicium, & Eccleſiæ ſenſum, quem protulimus, ſuſceperit. Sin autem, erit nobis Ethnicus & Publicanus, nec illi Aue dicturi ſumus, ſi iſtam doctrinam non attulerit. *Matth.18.* *In ſecunda Catholic. Ioan.*

SECTIO .XLIIII.

Illyricus.

Ex quibus clarum euadit, & eſt intellectu facillimum, quòd verba, hoc facite in meam commemorationem, communioni debeantur

& non Miſſæ, vt ad oculum integer textus oſtendit. Sic Paulus, & Chriſtus ipſe, cum integra Chriſtiana veteri Eccleſia intellexerũt, qui aliam commiſſionem non ſciuêre, quàm vt communionem & cœnam celebrarent. Igitur Concilium Tridentinũ, eò quòd contrariũ ſtatuat, eosq́ condamnet, qui fateri nolũt, quod iſtis verbis Hoc facite, Miſſa inſtituta ſit, Paulum cõdemnat & Spiritum Sanctũ, quod dicere eſt horribile, & ab ipſis iterum deteſtetur & condemnetur.

Porthæſius.

QVVM ſuis præcedentibus argumentorum præſtigiis Flaccius quaſi tenebras palpaſſet Cimerias, leonibus terrorem incutere temptauit, laruasq; terrificas concuſſit, vt cornuta animantia peteret, anagyrimq; cõmoueret, ideo fœtidam concluſionem, ſuo ſanè opercula dignã ſubintulit, inquiens: *Hoc facite, ad communionem, & non ad Miſſam pertinet, vt eſt intellectu facillimũ, Chriſtus enim, Paulus, & Eccleſia primitiua ſic intellexerunt.* R. Secundum Illyricũ, Hoc

faci-

ſacite, ſignificat totam illam actionem cœnæ, quæ inuoluit preces, gratiarum actiones, conſecrationem, oblationem, diſtributionem, ac ſumptionem, vt docuimus. hæc autem ſunt in Miſſa. vnde conſequens eſt, de ſacro Chriſtianorum myſterio iſtud intelligendum, & non de cõmunione tantùm, vt garrit negatiuus excluſiuusq; Sclauus. Chriſtus ſubinde intellexit de re quam fecerat, & nõ tantùm de ea re quam Apoſtoli tunc fecerant, qui ſumpſerant, nec confecerant. Ideo vult eos facere mactatum corpus, quod eſt revera offerre. Deinde, Hoc facite ad præſentem actionem aut faciendam referri debet, niſi omnino deſipiat Illyricus, & non ad cõmmunionem iam præteritam: hinc conſtat dictum de cõmunione facienda, & nõ iam facta, contra ſomnia Flaccij. Paulus intellexit ſicut Chriſtus, nõ tantùm de cõmunione, ſed etiam de oblatione, quæ præcedere debet ſacrificij participationẽ, ſicut ſuprà ex eo demonſtrauimus. Patres autẽ, qui

nos

nos præceſſerunt, non aliter intellexiſſe probaui, aduerſum meretriceam Illyrici impudentiam, oſtendendo eos conſecrationem, oblationem, ac communionem in his verbis HOC facite, apertè intelligẽdam docuiſſe, & non communionẽ tantùm. Ideo SS. œcumenica Synodus non ſtatuit contrarium, vt ſuperbè mentitur pernicioſiſſimus Antichriſti præcurſor Flaccius. Demùm, Paulus, Spiritus ſanctus, aut Eccleſia Filij Dei viuentis, nunquam docuerunt his verbis Miſſam non eſſe inſtitutam, ſeu incruentum ſacrificium, imò contrariũ aſſeuerarunt, vt ſatis anteà docui. Sed eſt Sclauus Turcicus, qui ex ſua athea arguendi officina, hanc negatiuam eduxit, vt Sancto Dei Apoſtolo eam Spirituiq; Sancto inureret. Præterea, mendaciſſimã iſtam ſuam excluſiuam docuit eum omnis veritatis oſor Diabolus: nam Paulus non ait, hoc de cõmunione ſic intelligendum, vt non debeat prius ad confectionem & oblationem referri, quàm ſumatur: imò oſtendit

dit prius præſens faciendum ſacrificium, quàm poſſit eſſe eius participatio. Oſtendat ergo ſpermologus Flaccius, Paulũ, Spiritum ſanctũ, & Eccleſiam nobis hæc monſtra negatiua ſacrificij, & excluſiua veritatis peperiſſe, & tunc criminis, cuius eſt reuera reus & conſcius, ſanctam catholicamq; Synodum, & me omnium Catholicorũ minimum, accuſare, & meritò, poterit, ac cõdemnare. Deteſtamur ideo, & iterũ anathematizamus omnes primogenitos Antichriſti, qui fructum crucis ſub fuco pietatis reiiciũt, negando incruentam ſacrificij mactati oblationẽ, qua diſpenſatur & inſumitur conſummans crucis ſacrificium.

SECTIO .XLV.

Illyricus.

Sed ſi ita res ſeſe haberet, vt Concilium vnà cum Monacho docent, ſcilicet, quòd Chriſtus iſtis verbis, Hoc facite, diſcipulis iuſſerit vt Miſſam celebrarẽt, confeſtim omnes duodecim Miſſam celebrarunt: quia manifeſtè habetur ibi quòd confeſtim facerent, dicit enim

Hoc facite. Si igitur Chriſto voluêre obedire, confeſtim Miſſam omnes celebrarunt, quod omnimodo repugnat deſcriptioni Euangeliſtarum. M. F. I. ſubſcriptum.

Porthæſius.

SVRSVM deorſumque ſaxum voluit Flaccius hucvſq;, quando opus non erat tam longis canere tibiis, ſed quũ plurimùm laborauerit, ſemper in eodẽ ſtatu manſit, & quaſi aſini proſpectum renarrans, de calcaria ad carbonariam decurrit, equosq́; nunc fugitat, vt aſinos celerrimus curſor conſcendat. Ait namque: *Si res ita ſe haberet, Apoſtoli celebraſſent Miſſam confeſtim.* Verum eſt, Illyrice, ſi conficientis locũ tunc tenuiſſent. Ideo accipiebant præſentialiter mandatum ac poteſtatẽ conficiendi, offerendi, ſumendi, aliisque diſtribuendi quando opportunitas adeſſet. *Habetur*, inquis, *quòd confeſtim facerent*, quod faciendum adhuc tunc erat, & poſtea quod Chriſtus fecerat. quod fateor. Ideo iam factam oblationem non fecerunt; ſed vt poſtea facerent

cerent, præceptum acceperunt: fecerunt autem communionem, quæ nondum facta erat. Vnde vides contra tuum. 6. argum. iſta verba dicta ante communionem. Non te pudet ſic inſanire, & tibi ipſi vim inferre? *Confeſtim*, inquis, *omnes Miſſam celebrarunt*. veriſſimum eſt. Sed non celebrarunt. Nego. Probas: *Quia hoc repugnat narrationi Euangeliſtarum.* Verum eſſet, Flacci, ſi tantùm communionem, & non potius conficiendi poteſtatem, vt in Centuriis fateris, commiſiſſet. Ideo in præſenti communionem acceperunt cum poteſtate conficiendi, quam poteſtatem dubio procul executioni demandarunt. Reſpiciebat enim CHRISTVS ad totum actionis myſterium ſecundum omnes ſuas partes, ideo poteſtatem ſuo tempore exercendam conferebat præſentialiter. Vnde conſtat illis commiſſum his verbis Hoc facite, hoc quod Chriſtus fecerat, & non tantùm cõmunionem. Fecerat autem mactatum corpus, quod eſt myſticè incruente-

enteque offerre, antequam ſumendum præberet. Igitur ſancta generalis Synodus & Monachus pié docuerunt, his verbis, Hoc facite in meam commemo rationem, inſtitutam Miſſam, ſeu incruentam oblationē, ſecundum expreſſiſſimum Filij DEI viuentis verbum, quod manet in æternum.

Amen.

I. Porthæſius.

Liber iſte ſolidis rationibus & grauiſſimis ſacrarum Scripturarum ac Patrum teſtimoniis confirmat ac munit doctrinam Eccleſiæ Catholicæ de inſtitutione Sacerdotij Chriſtiani, & oblatione corporis & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis & vini, vt imprimi ſumma vtilitate poſſit. Actum Bruxellæ. Hac.14. Aprilis. Anno .1567. poſt Paſcha.

Metſius.